P. OVIDII NASONIS

TRISTIUM LIBRI V.

Cum Notis perpetuis

JOHANNIS MIN-ELLII,

Adjuncto indice copiosissimo rerum & verborum, cùm in textu tùm in notis memorabilium.

LONDINI:
Excudebat *F. C.* pro Societate Stationariorum. 1687.

l.xx

£35.00

Not in Wing
or BM Catalogue

John Fann

John Fann

Sum e Libris S: F:

fam

Sum

S r

[illegible]

Tongall

TYPOGRAPHUS LECTORI.

MAluiſſemus, *Lector candidiſſime*, ut ipſe *Minellius* hunc libellum edidiſſet, quando ornatior & copioſior prodiiſſet; ſed cum is fato jam functus ſit ſuo, paucis ad te præfari neceſſe habeo. Non multis harum notarum laudabimus utilitatem, cum eam abunde quiſque expertus ſit, qui alias ejuſdemque generis in *Salluſtium*, *Terentium* belgicè interpretatum, *Talæi Retoricam*, *Virgilium*, *Horatium*, *Florum*, *Valerium Maximum*, &c. oculis neque invidis, neque negligentibus perluſtravit. Id tantum, *Lector*, memineris velim, non doctis nec exercitatis has ſcribi, ſed adoleſcentibus, qui ad ſerena doctrinæ

ctrinæ templa iter affectant. Neque adeo minorem laudem *Min-ellius* meretur, qui adoleſcentiæ facem prætulit, cujus lumine etiam pueris pateſcunt Latini Scriptores, quam ii, qui longos quandoque & obſcuros in vulgus commentarios protrudunt, unde nihil doctiores diſcunt, nihil intelligunt adoleſcentuli. Nolim tamen hoc eo animo à me dictum quiſquam exiſtumet, quaſi magnos viros, quorum præclaras in Claſſicos, autores animadverſiones habemus, & bene longos commentarios, parvi pendam (de ineptis enim & ſuffenis quibuſdam fumigerulis duntaxat loquutus ſum) cum eorum præclara merita nemo me majoris unquam fecerit.

Verum enim vero, ut eorum egregia opera, ſicut & illorum, qui criticen exercent, magna Reipulicæ literariæ commoda afferat, ita non ſpernendi illi ſunt, quin potius laudem merentur maximam, qui docilem juven-

ventutem, ſed minus verſatam in veterum Scriptorum & imprimis Poëtarum, qui utile dulci miſcent, adyta manu deducunt, intricatiores conſtructiones eruendo, & minus obvia, quæ tyronibus remoram objicere poſſunt, explicando, atque hoc quidem pacto ad majora iſta quaſi præparant. Inter hos *Min-ellius* noſter nomen profeſſus eſt ſuum, ac eum honorem ſibi putavit maximum Adoleſcentum commodis maxime inſervire.

Quam pulcre id præſtiterit, de eo veſtrum judicium, veſtra exiſtimatio valebit, imo jam valuit, *Ornatiſſimi Adoleſcentes*, qui adeo cupide ejus libellos expetiviſtis, ut ipſe adhuc vivus de eo, noſque gaudere potuerimus. Nec dubitamus, *Lector*, quin idem obtinebit judicium circa has *Ovidii Triſtia* notas, quod circa alias obtinuit. Eas jam publico donamus, addito indice copioſiſſimo, qui Dictionarii inſtar Poëtici eſſe poterit: & ſi placere cognoverimus, operam dabimus,

mus, ut aliæ ejuſdem quas moriens multas in varios autores reliquit, diſcentium commodo, quam primum poterit, noſtris typis deſcriptæ in lucem prodeant. Non diutius te detinebo, *Lector*; ſed addita veriſſima *Demoſthenis* ſententia ſtatim dimittam: *Sicut* inquit Magnus ille Orator, *infimas navigii ac domicilii partes firmiſſimas eſſe oportet, utpote quibus cæteræ innituntur, ita adoleſcentium animi firmis fundamentis, honeſtis ſcilicet artibus & ſcientiis fulciendi ſunt, ut tandem in bonam frugem aſſurgant.* Vale *Lector*, & mortuo *Min-ellio* non minus quam viventi fave. Quod ſupereſt humaniſſime Lector brevi & ſpecta tum Salluſtium, tum Ciceronis Epiſtolas ad familiares iſtius viri doctiſſimi Notis illuſtratus. Ita tibi faveat Deus Opt. Max. & adſpiret ſtudiis & laboribus tuis uberrime.

AR-

ARGUMENTUM LIBRORUM

Quos Author noſter de Triſtibus, *indigitavit & quo tempore ſinguli ſcripti videantur.*

QUi ingenioſiſſimum hunc noſtrum Poëtam eo nomine reprehenderunt, quod librum hunc *de Triſtibus* inſcripſerit, pervulgato librariorum mendo decepti ſunt. *Triſtia* enim; non de *Triſtibus* vera eſt inſcriptio, ut & libri antiqui, & Grammaticorum ſcripta teſtantur. Neque multo aliter Simonides, qui inter alia ſcripta, quorum ſoli prope tituli hodie ſuperſunt, Θρήνους reliquit. Inſcriptionis autem ratio manifeſta eſt: nihil enim hic aliud, quam de ſuo exilio, ejuſque incommodis conqueritur: id quod facit mira varietate, ac inimitabili felicitate, & quod maxime admirandum, ſumma ſuavitate in mediis fortunæ ærumnis: Opus diſtinxit quinque in libros, eoſque in quaſdam epiſtolas, ſecundo excepto, in quo tantum una eſt ad Cæſarem Auguſtum epiſtola. Diſſimulavit vero in aliis nomina illorum ad quos ſcripſit, ne ſi nomina poſuiſſet, eis

is apud Augustum, aut ejus amicos noceret. Atque aliud nihil differt hoc opus a libris *de Ponto*, nisi quod Poëta hîc Amicorum nomina posuit, illic non posuit.

Cur autem Naso, annum agens ætatis quinquagesimum, vel (ut alii) quinquagesimum secundum, ab Augusto Cæsare in Pontum relegatus sit, non ita facile dixerimus, cum & ipse multis in locis quodam carmine involucro diversam interpretibus conjecturam afferat. Satis tamen constat duas fuisse causas, quarum alteram ubique faretur, alteram vero ne Augustum magis offendat, semper subticet. Sic enim ait *II. Tristium*:

Perdiderint cum me duo crimina, carmen & error:
Alterius facti causa silenda mihi.

Persæpe igitur libros de Arte Amandi se composuisse dolet, quod propterea Augusto odio esse cœperit: & aliquid vidisse per errorem, ut ob id in Scythiam propulsus fuerit. Sic ait *II de Ponto.*

Neve roges, quæ sit stultam quam scripsimus artem:
Innocuas nobis hæc vetat esse manus.
Et quid præterea peccavi, quærere noli,
Ut pateat sola culpa sub arte mea.

Et paulo post.

Naso parum prudens, artem dum scribit amandi,
Doctrine pretium triste magister habet.

Hoc idem ait *III ad Amorem*, & *IV ad Carum*, Item *I Tristium.*

Cur

Cur aliquid vidi, cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita cauſa mihi eſt?
Inſcius Actæon vidit ſine veſte Dianam,
Præda fuit canibus non minus ille ſuis.

Hinc patet Ovidium quidem ob *Artem Amandi* ab Auguſto eſſe preſſum; ſed non ob ſolam, cum aliud etiam fuerit magiſque odioſum, quod eloqui non audebat. Hoc qua'e fuerit, licet ex antiquo nullo autore indubitatò colligitur, tamen ſatis veriſimiliter multi conjectant. Hi dicunt Ovidium cum ex improviſo ad Auguſtum veniſſet, vidiſſe Patrem Auguſtum cum propria filia, Julia nomine, rem habentem. Hinc Cæſar irritatus in Scythiam Ovidium relegavit, & cum veram ſuæ offenſionis cauſam indicare non vellet, illam prætexit, quod minus pudice de Arte Amandi ſcripſiſſet. Ovidius itaque in Pontum relegatus, ſeptem ibi annis vixit, uti ex ſcriptis ejus conjecturam hanc facimus.

Intra tres priores ea, de quibus jam agimus, *Triſtia* ſcripſit; reliquis autem annis, illa, quæ *de Ponto* inſcribuntur: nam *Triſt. Lib.* III. *Eleg.* XII. ſic ait.

Frigora jam Zephyri minuunt annoque peracto
Tardior antiquis viſa recedit hyems.

Quibus verbis indicat ſe jam annum in Ponto egiſſe, iſtamque exactam hyemem multo longiorem ſibi eſſe viſam quam præteritas, quibus Romæ vixerat. Mox *Eleg.* VI. *Lib.* IV:

Ut patria careo bis frugibus area trita eſt:
Diſſiluit nudo preſſa bis uva pede.

Hinc

Hinc *Eleg.* XI. *Lib.* V.

Ut ſumus in Ponto ter frigore conſtitit Iſter:
Facta eſt Euxini dura ter unda maris.

Atque hæc in libris Triſtium. In iis autem quos de Ponto appellavit *Lib.* I. *Eleg.* I. ait:

Hic me pugnantem cum frigore, cumque ſagittis,
Cumque meo fato quarta fatigat hyems.

Vide *eodem Lib. El.* III. Hoc autem anno Tiberii triumphus de Dalmatis & Illyriis actus eſt, cujus ipſe meminit, *Eleg.* I. & II. *Lib.* II. *item* III. *Elig.* IV. & Suetonius in Tiberio, qui illum proximo ante obitum Auguſti anno actum indicat. Poſt, hæc *Lib.* I. *Eleg.* VI. ait:

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta eſt,
Jam tempus luſtri tranſit in alterius.

Quo anno & Auguſtum obiiſſe, & Maximum item, quem ipſe inter potiſſimos amicos celebrat, eadem Eleg. indicat hiſce verbis:

Certus eras pro me, Fabiæ laus Maxime gentis,
Numen ad Auguſtum ſupplice voce loqui.
Occidis ante preces, cauſamque ego, Maxime, mortis,
Nec fueram tanti me reor eſſe tuæ.

Hinc *Eleg.* X *ejuſdem libri:*

Hæc mihi in Euxino bis tertia ducitur æſtas
Littore, pellitos inter agenda Getas.

Sic

Sic & *Elig.* XII. Neque temporum ulteriorum meminit, nisi quatenus de consulatu Pompeii Flacci mentionem facit, qui octavo exilii ipsius anno futurus erat, cui ipse sub principium septimi, dum fratris Græcini consulatum celebrat, quasi divinans animo se ad id tempus superstitem non fore, anticipando gratulatur, Quare cum hæc postrema illius hyems fuerit, cujus numerum recenseat, sexta quidem, quam in Ponto egit, septima autem post quam relegatus fuit, (nam primam in itinere transegit) deinde cum eorum nullam faciat mentionem, quæ posterioribus hisce annis contra Cattos & Cheruscos a Germanico gesta sunt, quæ taciturus non fuisset, si vixisset, quando quidem de triumpho a Germanico agendo aliquoties velut vaticinando meminerit eidemque Fastorum libros, dum in exilio ageret, inscripserit: satis firmiter hinc concludere licet, illum proximo post sextam hanc hyemem anno, id est, intra septimum aut omnino circa principium octavi decessisse.

Consentit cum hac sententia Eusebius numero MM XXXIII. ad quem locum tamen Scaliger notat eum nono demum exilii anno in vivis esse desiisse. Sepultus est circa oppidum Tomos: ubi quidam ejus epitaphium inventum nugantur, quod & ausi sunt Ovidianis operibus adjungere. Perperam sane, si quid intelligimus; nam ab homine Barbaro & ævi sequioris confictum dubitat nemo, qui bonos autores unquam legit.

Vitam Ovidii si quis nosse desideret, præter varios neotericos scriptores, ipsum Ovidium adeat *Lib.* IV. *Trist. Eleg.* X. ubi adeo fusè & dilucidè describit, ut vix opus sit aliunde plura arcessere.

ANGELI POLITANI

ELEGIA DE EXILIO ET MORTE OVIDII.

ET jacet Euxinis vates Romanus in oris:
Romanum vatem barbara terra tegit.
Terra tegit vatem, teneros qui luſit amores,
Barbara: quam gelidis alluit Iſter aquis.
Nec te Roma pudet, quæ tanto immitis alumno,
Pectora habes ipſis barbariora Getis?
Ecquid, Iö Muſæ, Scythicis in finibus ægro
Tædia qui morbi demerit, ullus erat?
Ecquis frigidulos qui lecto imponeret artus,
Aut qui dulciloquo falleret ore diem?
Aut qui tentaret ſalientis tempora venæ,
Aut fomenta manu qui properata daret?
Conderet aut oculos media jam morte natantes,
Aut legeret ſummam qui pius ore animam?
Nullus erat: nullus, veteres, tu dura, ſodales
Heu procul à Ponto, Martia Roma, tenes!
Nullus erat, procul ab conjux, parvique nepotes:
Nec fuerat profugum nata ſequuta patrem.
Scilicet immanes Beſſi flavique Coralli,
Aut vos pelliti ſaxea corda Getæ,
Scilicet horribili dederit ſolamina vultu
Sarmata, ab epoto ſæpe vehendus equo?
Sarmata, cui rigidam demiſſo in lumine frontem
Mota pruinoſo tempora crine ſonant.

Sed

Sed tamen & Beſſi exſtinctum, & flevere Coralli,
Sarmataque: & durus contudit ora Getes.
Extinctum & montes flebant, & ſylva, feræque,
Et fleſſe in mediis dicitur Iſter aquis.
Quin etiam pigro concretum frigore Pontum
Nereidum lacrymis intepuiſſe ferunt.
Accurrere leves Paphia cum matre volucres,
Arſuroque faces ſuppoſuere rogo.
Quem ſimul abſumſit rapida violentia flamma:
Relliquias tecto compoſuere cado.
Impoſitumque brevi ſignarunt carmine ſaxum:
Qui jacet, hic teneri doctor amoris erat.
Ipſa locum late ſancto Cytherea liquore
Irrorat nivea terque quaterque manu.
Vos quoque Pierides vati libaſtis ademto
Carmina, ſed noſtro non referenda ſono.

DE EODEM CARMEN

JULII CÆSARIS SCALIGERI.

Loquitur ipſe Ovidius ad Auguſtum.

AMe utinam inciperes verus eſſe, cruente; nec atras
Per cædes faceres ad mea fata gradum.
Si mea te movit tetricum laſciva juventus,
Tu juvenem damnas perditus: exſul abi.
Impia flagitiis ſqualent penetralia diris:
Damnati ſuperant nomina fœda rei.
Non te divinum ingenium, non candida tangunt
Pectora, non Clario lingua ſecunda deo.
Lactea mollivit veteres mea vena poëtas;
Et rerum docuit pondera certa novos.
Cum te laudarem tunc ſum mentitus: ob unum hoc
Exilii fuerat debita pœna mihi.

P. OVIDII NASONIS

* TRISTIUM

LIBER PRIMUS.

ELEGIA I.

1 PArve (2 nec invideo) 3 sine me 4 liber ibis in 5 urbem: (tuo!
Hei mihi, quòd 6 domino non licet ire
Vade, sed 7 incultus: 8 qualem decet
9 exulis esse,
Infelix 10 habitum temporis hujus habe,
11 Nec te purpureo 12 velent 13 vaccinia succo: 5
14 Non est conveniens luctibus ille color.
Nec 15 titulus 16 minio, nec 17 cedro charta notetur;
Candida nec nigrâ 18 cornua fronte geras.

* Inscripsit hosce *Tristium* libros Ovidius à materiâ, quam continent; conqueritur enim, in iis potissimùm de suo exilio, & ejus incommodis ac miseriâ.

1 Per aptissimam Prosopopœjam exul & infelix Poëta librum suum admonet, ut è Scythiâ ad urbem Romam profecturus, eo habitu accedat, quo exules utuntur: mandatque, quid velit reponderi sciscitantibus, quid ipse agat: simulque docet, quomodo se excusset, si fortè carmina hæc ingenio ejus minora videbuntur. Postremò jubet, ut Palatium eviter, unde fulmen emissum in se fuisse commemorat. 2 Non obsisto. 3 Mittam te Romam, ubi mihi venire non licet. 4 Primum hujus operis librum significat. Dicitur autem *liber* à *libris*, i. corticibus arborum, in quibus ante usum chartæ scribebatur. 5 Romam. Sola Roma *Urbs*, dicebatur, reliquæ civitates *oppida*. Vide quæ nos ad Florum. p. 6. 6 Πουρῶν, mihi qui dominus tuus sum. Sic I. 3. El. 1. *Erubui* domino *cultior esse meo.* 7 Inornatus. 8 Ordo est: *O infelix, habe habitum hujus, temporis talem, qualem decet habitum exulis esse.* 9 Librum ab exule conscriptum. 10 Cultum, qualem meum hoc exilii tempus expoſcit, sc. lugubrem habitum. 11 Nec purpureo amictu induaris. 12 Tegant, tingant. 13 Violæ purpurei coloris. 14 Color ille purpureus, in triumphis adhiberi solitus, non convenit dolori. 15 Principium, index libri. *Titulus* enim propriè est index cujuscunque libri, qui Græcè ἐλεγχος dicitur. Unde in statuis sive picturis *titulum* dicimus litteras, quæ vel artificis, vel eius, cujus statua sive imago est, nomen demonstrant, vel tempus, quo factum est, declarant. Item *titulus* libri dicitur, qui vel qualitatem operis, vel nomen auctoris, vel numerum librorum ostendit. Dictus autem *titulus* est à *tuendo*, quasi *tutulus*, quòd *tueatur* factum auctoris; & si quis alterius opus esse contendat, veri opificis indicit nomen. 16 Rubro colore, Belgis *Vermillioen*. 17 Succo seu oleo cedrino, ut ævum ferre possent; nam Cedrus arbor nunquam cariem sentit, & illita succo illius, immunia sunt à tineis. Unde & *Cedro digna loqui*, est perpetuâ memoria & immortalitate digna loqui. 18 Extremas chartæ partes, quæ extra volumen instar cornuum eminent.

Nec 19 *fragili* 20 *geminæ* 21 *poliantur pumice fron-*
tes,
22 *Hirsutus sparsis ut videare comis.*
23 *Felices ornent* 24 *hæc instrumenta* 23 *libellos :*
25 *Fortunæ memorem te decet esse meæ.*
Ne-ve 26 *liturarum pudeat : qui viderit illas,*
De lacrymis factas sentiat esse meis.
Vade liber, verbisque meis loca grata salusa :
27 *Contingam certè, quo licet, illa pede.*
Si quis, 28 *ut in populo nostri non immemor illo,*
Si quis, qui, quid agam fortè requiret, erit :
29 *Vivere me dices,* 30 *salvum tamen esse negabis :*
Id quoque quòd vivam, munus habere 31 *Dei*
32 *Atque ita te tacitus,* 33 *quærenti plura legen-*
dum,
Ne, quæ non opus est, fortè loquare, dabis.
34 *Protinus admonitus* 35 *repetet mea* 36 *crimina le-*
37 *Et peragar populi* 38 *publicus ore reus.* (*ctor :*
Tu cave defendas, quamvis 39 *mordebere dictis :*
40 *Causa patrocinio non bona major erit.*
Invenies 41 *aliquem, qui me* 42 *suspiret ademptum.*
Carmina 43 *nec siccis perlegat ista genis :*

19 Qui citò frangi ac teri potest.
20 Initium & finis.
21 Lævigentur.
22 Rationem reddit, cur nolit librum poliri pumice: ut si videatur incultus & impexus, ut illi qui hirsuti & sparsis capillis sunt.
23 Felicium poëmata, & felicia sive læta, non tristia continentia.
24 Hæc ornamenta Prædicta, sc. Vaccinia, Minium. Cedrus, &c. 25 Exilii mei, status, & conditionis perditissimæ. 26 Macularum. Sic alibi : *Quascunque aspicies, lacrymæ fecere* lituras. Dicuntur *lituræ* à verbo *libro*, i. leviter induco, quasi lineam duco. Undè *lituram* dicimus eam, quæ superinducto atramento aut alio liquore scripturam aliquam picturam-ve delet. 27 Ordo est : *Contingam certè illa loca eo pede, quo licit.* i. carmine meo. Q. d. Si mihi Romam adire non licebit, certè accedam ad eam libris meis, quo solo modo possum. 28 Ut solet in magnâ multitudine aliquis esse non immemor. 29 Illi dices, me vivere, &c. 30 Sospitem. 31 Augusti Cæsaris, qui in terris erat, quod Jupiter in cœlo, & cui divini quoque oblati sunt honores : hic, cùm potuisset Ovidium occidere, id tamen non egit. 32 Ordo est : *Atque ita tu tacitus dabis te legendum quærenti plura, ne fortè loquare ea, quæ non est opus* loqui. Innuit autem tres de Arte amandi libros. 33 Alicui plura interroganti. 34 Cùm te viderit, occurtam ipsi. Rationem reddit, cur nolit de se legendo ullam mentionem fieri. 35 In memoriam revocabit meas criminationes, & causas, ob quas me damnavit & relegavit Augustus. Scripsisse amatoria, & nescio quid vidisse, duo sunt Ovidii peccata. 36 Al. *mea carmina* i. meos libros amatorios. 37 Et non tantùm à Cæsare, sed etiam ab omnibus accusabor & condemnabor, pœnâ que aliâ à populo afficiar : *Agere* enim *reum*, est reum accusare, reum facere, inter reos referre ; *peragere reum*, est reum ad condemnationem persequi. 38 Ut qui in Rempublicam commiserim. 39 Maledictis & calumniis prosciderris. Ter. *Invidere omnes mihi*, mordere *clanculum*. 40 Iniqua causa fiet pejor ac odiosor defensione tuâ i. non poterit defendi, cùm sit non bona. 41 Eos certè, ad quos scribit libros de Ponto, quorum erga se fidem laudat. 42 Doleat. 43 Manantibus lachrymis, i. qui tristia mea lachrymando perleget. Contra *siccæ genæ* dicuntur, cùm nullæ profluunt lachrymæ.

Et tacitus ſecum, nequis 44 *malus audiat, optet:*
Sit mea 45 *lenito Cæſare,* 46 *pœna levis.*
Nos quoque, 47 *quiſquis erit,* 48 *ne ſit miſer ipſe, precamur,*
Placatos 49 *miſeris qui volet eſſe* 50 *Deos.*
51 *Quæque volet, rata ſint: ablataque principis ira,*
Sedibus in patriis det mihi poſſe mori.
52 *Ut peragas mandata, liber, culpabere forſan:*
53 *Ingeniique minor laude ferere mei.*
54 *Judices officium eſt, ut* 55 *res, ita* 56 *tempora rerum*
Quærere: 57 *quæſito tempore tutus eris.*
Carmina proveniunt animo 58 *deducta ſereno:*
59 *Nubila ſunt* 60 *ſubitis tempora* 61 *noſtra malis.*
Carmina 62 *ſeceſſum ſcribentis &* 63 *otia quærunt:*
Me mare, me venti, me 64 *fera jactat byems.*
65 *Carminibus metus omnis abeſt:* 66 *ego perditus, enſem*
Hæſurum 67 *jugulo jam puto jamque meo.*
68 *Hæc quoque, quæ facio, judex mirabitur æquus*
Scriptaque cum veniâ qualiacunque leget.
69 *Da mihi Mæoniden, & tot circumſpice* 70 *caſus:*
Ingenium tantis 71 *excidet omne malis.*

44 Malevolus, mihi inimicus, adverſarius & invidus.
45 Placato Auguſto.
46 Levius exilium. Al. *pœna minor.*
47 Qui vices meas dolet.
48 Ut me ſit felicior. Bona optanti, bona viciſſim optanda ſunt.
49 Al. *miſero.*
50 Principes.
51 Et fiant ea, quæ ille optat, ut *ſit mea lenito Cæſare, pœna levis.* 52 Dùm ea, quæ tibi jam mando, efficis. Carmen excuſat Poëta, oſtendens, ſe in luctu non poſſe optimos verſus facere. 53 Et fortaſſe diceris minimè reſpondere viribus mei ingenii, ſed eſſe eo minor. 54 Critici, qui de libris judicium ferre, vult. Digreſſio. quâ ſua carmina, quæ nullâ animi tranquillitate, nulloque ſatis commodo loco ſcripta eſſe ait, excuſat. Eâdem utitur excuſatione pl. 3. El. ult. *Æquus erit ſcriptis, quamvis cognoverit eſſe Exilium tempus, barbariemque locum.* 55 Cauſas, controverſias, negotia, in quorum quæſtione quæritur locus, tempus, modus, occaſio. 56 Quâ temporis occaſione quid conſcriptum ſit. 57 Qui conſiderat te in exilio ſcriptum, non te minorem ingenio meo dicet, omnique reprehenſione carebis. 58 Compoſita hilari ac quietâ mente inſtar ſereni cœli, non obductâ curarum nube. Tranſlatio à lanâ, quæ in tenuitatem deducitur. 59 Obſcura, & ideò triſtia. 60 Inexſpectatis. 61 Quibus hæc ſcribimus. 62 Solitudinem. 63 Mentis quietem, vacationem à labore. 64 Aſperæ tempeſtates hyemales: creditur enim hunc librum in itinere ſcripſiſſe. 65 Carmina omni metu vacare debent. 66 Ego infelix ſinguli momentis me interfectum iri exiſtimo: Scythæ enim aſſiduè nos infeſtant. 67 Colli parti interiori. 68 Judex qui præjudicio non occupatus eſt, mirabitur quoque hos verſus, quos jam compono, & ignoſcet ſcriptis, ſint tùm qualia cunque ſint. 69 Fac mè parem Homero. *Mæonides* dictus à *Mæoniâ*, Aſiæ minoris regione. 70 Exilium, mare, procellas, metus mortis. 71 Deficiet, de ſtatu ſuo convelletur.

Denie-

Denique 72 *securus famæ, liber, ire memento,*
73 *Nec tibi sit lecto displicuisse pudor.*
74 *Non ita se nobis præbet fortuna secundam,*
Ut tibi sit ratio laudis, habenda tuæ.
75 *Donec eram sospes,* 76 *tituli tangebar amore,*
77 *Querendique mihi nominis ardor erat.*
78 *Carmina nunc si non,* 79 *studiumque, quod obfuit, odi,*
Sit satis: ingenio sic fuga parta meo.
Itamen, & pro me tu, cui licet, aspice Romam:
80 *Dii facerent, possem nunc meus esse liber!*
81 *Nec te, quòd venias magnam peregrinus in urbem,*
Ignotum populo posse venire puta.
82 *Ut* 83 *titulo careas, ipso noscere* 84 *colore:*
Dissimulare velis, te liquet esse meum.
85 *Clam tamen intrato, ne te mea* 86 *carmina lædant:*
87 *Non sunt, ut quondam plena favoris erant.*
Si quis erit, qui te, quòd sis 88 *meus, esse legendum*
Non putet, è 89 *gremio rejiciatque suo;*
Inspice, dic, titulum: 90 *non sum præceptor Amoris:*
Quas meruit pœnas, 91 *jam dedit illud opus.*
Forsitan exspectes, an in 92 *alta palatia missum,*
Scandere te jubeam, Cæsareamque domum.
Ignoscant 93 *Augusta mihi loca,* 94 *Diique locorum:*
95 *Venit in hoc illâ fulmen ab arce* 96 *caput.*

72 Sine curâ comparandæ laudis, & contemptor nominis & celebritatis famam ne tuere.
73 Nec pudeat te non cuivis probari.
74 Causam adducit, cur liber non debeat erubescere, si displicuerit.
75 Quamdiu non eram affectus hac insigni clade exilii.
76 Famæ ac laudis, quæ titulis amplificatur.
77 Comparandæ famæ cupiditas. Sic. l. 5. el. 11. *Nominis & famæ quondam fulgere trahebar, Dùm tulit antennas aura secunda meas.* 78 Sit satis, quòd non prorsus odi carmina & studium, quod mihi nocuit: quandoquidem studio tali ingeniosisque meis versibus hoc mihi ipsi exilium peperi. 79 Artem amandi, cujus causâ relegatus fuit ab Augusto. 80 Festivè se in librum suum verti optat. 81 Neque existima, te me autorem dissimulare posse. 82 Quamvis. 83 Tristium & Ovidii. Quo tamen non carebat, etsi is minio notatus non erat. 84 Nigro & lugubri habitu, & versibus, quibus conscriptus es. 85 Occulté, quia nobis offensa est civitas. 86 Libri amorum. 87 Cum fortunâ meâ favor ille quoque mutatus. 88 Ovidii, qui amatoria conscribere soleo. 89 Manibus suis. 90 Non doceo artem amandi. 91 Relegato autore. 92 Illic enim habitavit Augustus Cæsar, *Palatium* fuit unus ex septem urbis Romæ montibus, à *palando* i. errando dictum, quòd ibi *palare* i. errare pecùdes soleant, Sæpiùs sumitur pro domo imperatoriâ regiâ. 93 Loca illa magnifica, quæ habitat Augustùs. 94 Apollo Palatinus, Diana, Jupiter, Juno, Minerva, &c. etiam ipse Augustus, qui vivens divinos meruit honores. 95 Causam adfert, cur non jubeat librum in palatium ascendere. Q. d. Ira Cæsaris atque omne mihi infortunium à Palatino colle venit. Sic. l. 3. el. 4. *Sævum prælustri fulmen ab arce venit.* 96 Me Synecdoche.

97 *Esse*

Esse quidem memini mitissima sedibus illis
Numina: sed timeo, qui nocuêre, Deos.
Terreatur minimo pennæ stridore columba,
Unguibus, accipiter, saucia facta tuis:
Nec procul à stabulis audet discedere, si qua
Excussa est avidi dentibus agna lupi.
Vitaret cœlum Phaëton, si viveret; & quos.
Optârat stulte, tangere nollet equos.
Me quoque, quæ sensi, fateor Jovis arma timere:
Me reor infesto, cùm tonat, igne peti.
Quicunque Argolicâ de classe Capharea fugit,
Semper ab Eubœicis vela retorquet aquis.
Et mea cymba semel vastâ percussa procellâ,
Illum, quo læsa est, horret adire locum.
Ergo cave, liber, & timidus circumspice mente,
Et satis à mediâ sit tibi plebe legi.
Dùm petit infirmis nimiùm sublimia pennis
Icarus, Icariis nomine fecit aquas.
Difficile est tamen, hic remis utaris, an aurâ,
Dicere: consilium resque locusque dabunt.
Si poteris vacuo tradi, si cuncta videbis
Mitia: si vires fregerit ira suas.
Si quis erit, qui te dubitantem, & adire timentem

97 Esse] Laudat Augustum tanquam mitem ac placabilem, quippe qui & hostibus pepercerit.
98 Deos] Augustum Enallage numeri.
99 Columbæ & agnæ exemplo probat, cur Augustum omnium hominum mitissimum, sibi timendum ducat.
1 Minimo alicujus avis volatu.
2 Erepta, læsa tamen unguibus aquilæ,

cujus species accipiter, Sic. l. 3. & El. 2. de Ponto: *Accipitrem metuens pennis trepidantibus ales, Audet in humanos fessa venire sinus.* 3 Agitata & læsa. 4 Insatiabilis. 5 Ne rursus adiret mortis periculum. 6 Nollet Solis patris currum ascendere: de quo Met. 2. Fab. 1. 7 Augusti iram. 8 Fulmine & supplicio. 9 Minatur, irascitur. 10 Græci quoque, qui semel tempestatem evaserunt apud montem Capharea, semper loca illa devitant. Quibus exemplis colligit, se quoque loca, undè fulmine prostratus est, fugere statuisse. 11 Græcâ: Græciæ enim metropolis *Argos* est. 12 Montem Eubææ, cui Nauplius, Palamedis pater, redeuntibus Græcis à Trojâ, ac naufragio laborantibus, facem imposuit, ut filii necem ulciscerentur: qui credentes ignes indicare portum, tutissimum, inter asperrimos scopulos naufragium fecere. Undè alibi: *Argolicæ cuperent fugisse Capharea puppes, Teque senex luctus ignibus ulte tuos.* 13 Ne iterùm naufragium faciat. 14 Comparat statum & fortunam suam naviculæ, facile submergi. 15 Cæsarem sc. 16 Ne illum adeas. 17 Mediocri turbâ. 18 Habet hæc pars conclusionem & amplificationem ab exemplo Icari de vitandâ temeritate. 19 Dædali filius. Vide Met. 8. Fab. 3. 20 Mare Icarium. 21 Lenius an patientius agas, an instes & urgeas. Solæ aurâ & velis naves pro procedunt tardiùs; velis & remis celeriùs. 22 Circumstantiæ. 23 Addit signa, quibus cognoscat accedendi opportunitatem, & precatur ad hoc felix tempus. 24 Augusto otioso, & mihi non irato. 25 Placata.

26 Det Augusto.
27 Prius te commendet ad gratiam tibi conciliandam.
28 Ordo est: *Pervenias illùc luce bona* i. felici die, *& felicior ipso tuo domino.* Nam supra dixit: *Hei mihi, quòd domino non licet ire tuo!*
29 Exilium meum imminuas.
30 Ut fecit Achilles, qui Telephum, à se hastâ percussum, eâdem sanavit. Unde ait l. 1. de Rem. Am. *Vulnus Achilleo quæ quondam fecerat hosti, Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.*
31 Nam major est timor, quàm spes placandi Cæsaris: *Vel*, magis timeo malum aliquod, quam sperem Augustum leniri posse. 32 Cùm me iterùm versus componere videt. 33 Secunda. Prima enim causa fuit ex libris artis amatoriæ. 34 Cubiculum, intima domus meæ. 35 Arculas, ubi mea est bibliotheca. Horat. *Ne me Crispini scrinia lippi Compilasse putes.* 36 Libros ab uno eodemque autore conscriptos, atque inter se similes, ut fratres ab eodem patre progenitos. Unde *Scriptor* dicitur *Pater*, sumptâ Methaphorâ ab homine, qui filios gignit; ut infra: *Deque tribus moneo, si qua est tibi cura* parentis. Et alibi: *Orba* parente *suo quicunque volumina cernis.* Quare alibi libros appellat *viscera.* 37 Quos ego idem studendo & vigilando composui. 38 Reliqua librorum copia i. reliquorum librorum fronti nomina inscripta sunt. 39 Libros de Arte amandi. 40 Intimo angulo. 41 Omnes sciunt. 42 Nihil fit tibi cum illis negotii. 43 Audaciæ: *vel*, si audiant te patienti aure. 44 Similes Oedipo ac Telegoni, ac per hoc parricidas, qui patri & auctori suo Ovidio exilium pararunt, quod mihi mortis initar est. Fuit autem *Oedipus* Laji & Jocastæ filius, quibus ab Apolline responsum datum, Oedipum patrem interfecturum, quare interfici illum curavit: sed ille expositus est, posteaque ignotum patrem in viâ interemit, matremque uxorem duxit. Fuit *Telegon* Ulyssis ex Circe filius, qui, cùm jam adolevisset, videndi patris cupidus, Ithacam profectus est: cùmque è ministris paternis incognitus aditu prohiberetur, aliquot ex iis interfecit. Ad quem tumultum excitus Ulysses, cùm & ipse jam senior suis opem ferret, à filio suo ignotus est occisus. 45 De tribus libris de Arte amandi. 46 Si pater Ovidius tibi curæ & cordi est, & illum offendere vereris, ejusque ceditum amas.

26 *Tradat, &* 27 *antè tamen pauca loquatur, adi.*
28 *Luce bonâ, dominoque tuo felicior ipso,*
Pervenias illùc, & 29 *mala nostra leves.*
Namque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,
Solus 30 *Achilleo tollere more potest.*
Tantùm ne noceas, dùm vis prodesse, videto:
31 *Nam spes est animi nostra timore minor.*
Queque quiescebat, ne mota 32 *resæviat ira,*
Et pœnæ tu sis 33 *altera causa, cave.*
Cùm tamen in nostrum fueris 34 *penetrale receptus,*
Contigeriscque tuam 35 *scrinia parva domum:*
Aspicies illic positos ex ordine 36 *fratres,*
37 *Quos studium cunctos evigilavit idem.*
38 *Cætera turba palam titulos ostendit apertos,*
Et sua detectâ nomina fronte gerit.
39 *Tres procul* 40 *obscurâ latitantes parte videbis:*
Hi quoque, quod 41 *nemo nescit, amare docent.*
42 *Hos tu vel fugias: vel, si satis* 43 *oris habebis,*
44 *Oedipodas facito, Telegonas que voces.*
45 *Deque tribus moneo, 46 si qua est tibi cura parentis,*

Ne quenquam, 47 *quamvis ipse nocebit, amet.*
Sunt quoque 48 *mutatæ ter quinque volumina formæ,*
Nuper 49 *ab exequiis carmina rapta meis.*
His mando dicas, 50 *inter mutata referri*
Fortunæ vultum corpora posse meæ. 120
Namque ea dissimilis subitò est effecta priori:
51 *Flendaque nunc,* 52 *aliquo tempore læta fuit.*
Plura quidem 53 *mandare tibi, si quæris, habebam:*
Sed vereor 54 *tardæ causa fuisse moræ.*
Et 55 *si, quæ subeunt, tecum, liber, omnia ferres,* 125
Sarcina laturo magna futurus eras.
Longa via est: propera: nobis habitabitur 56 *orbis*
Ultimus, 57 *à terrâ terra remota meâ.*

47 Quamvis aliquis ex tribus libris tradet amandi Præcepta.
48 Metamorphoseon quindecim libri.
49 Ab exilio meo, quod instar exequiarum erat: quo consternatus Poëta, tanto operi postremam manum imponere non potuit. Undè infra El. 6. dicit: *Quoque magis fæveas, non sunt hæc edita ab illo, Sed quasi de domini funere rapta sui.*
50 Ordo est: *Vultum fortunæ meæ,* anteà lætæ, *posse referri inter corpora mutata* i. me posse numerari inter cæteras ejus operis transformationes. 51 Flebilis. 52 Olim: dixit enim, *Flendaque nunc.* 53 Mandanda. 54 Timeo ne te detineam. 55 Si omnia, quæ mihi in mentem veniunt, tecum ferres, magnum profectò onus ei, qui te ferendum capiet, impositurus eras. 56 Scythia, quæ ultima pars est imperii Romani, ubi exulabat Poëta. 57 Ab urbe Româ, vel à Sulmone patria.

ELEGIA II.

1 *Dii* 2 *maris & cœli,* (3 *quid enim nisi vota supersunt?*)
Solvere 4 *quassatæ parcite* 5 *membra ratis.*
6 *Ne-ve, precor, magni subscribite Cæsaris iræ:*
Sæpe premente 7 *Deo, fert Deus alter opem.*
8 *Mulciber* 9 *in Trojam,* 10 *pro Trojâ stabat Apollo:*

1 Neptunes Glauce, Palæmon Phorce. In exilium proficiscens Poëta, jubente Augusto, deprehensus que in medio mari, fluctibusque pœnè eum obruentibus, Deos Precatur, ut ipsi saltem ignoscant, nec cum Cæsare eum funditus perdant. Probatque multis exemplis posse eos id facere. Describit deinde tempestatem: tùm Deos precatur, ut se incolumem ad Tomitas perducant. 2 Utrumque enim turbatum erat. Sic infra: *Prò superi, viridesque Dei, quibus æquor arcuræ Utraque jam vestras sistite turba minas.* 3 Procellâ omnia vincente. 4 Tempestate jactatæ ac concussæ. 5 Compagines. 6 Vel ne assentiamini, vos velle etiam me persequi post Cæsarem. i. ne me obruatis, sequendo iram Cæsaris. 7 Uno Deo. 8 Vulcanus, ignis Deus, à *mulcendo* sic dictus, quod ignis omnia *mulceat* i. molliat, vincat ac domet. Macrob. Stat. l. 6. c. 5. 9 Erat contra Trojanos. 10 Pro partibus Trojæ, cujus conditor erat. i. Apollo favebat Trojanis. Hinc etiam Paridis sagittam in Achillis eam corporis partem, quæ vulnerabilis esset, direxit.

Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.
Oderat Æneam proprior Saturnia Turno:
Ille tamen Veneris numine tutus erat.
Sæpè ferox cautum petiit Neptunus Ulyssem:
Eripuit patruo sæpè Minerva suo.
Et nobis aliquod (quamvis distamus ab illis)
Quis vetat irato numen adesse Deo?
Verba miser fruſtrà non proficientia perdo:
Ipſa graves ſpargunt ora loquentis aquæ:
Terribiliſque Notus jactat mea dicta, preceſque
Ad quos mittuntur non ſinit ire Deos.
Ergo iidem venti, ne causâ lædar in unâ,
Velaque neſcio quò votaque noſtra ferunt.
Me miſerum, quanti montes volvuntur aquarum!
Jam jam tacturos ſidera ſumma putes.
Quantæ diducto ſubſidunt æquore valles!
Jam jam tactura Tartara nigra putes.
Quocunque aſpicio, nihil eſt niſi pontus & æther:
Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.

11 Favens Trojanis, ob judicium Pavidis.
12 Irata.
13 Veneris & Anchiſæ filium, ducem Trojanum.
14 Magis propitia.
15 Juno Saturni filia.
16 Æneas.
17 Præſidio matris ſuæ.
18 Neptunus iratus, quod Ulyſſes prius Palamedem nepotem inſontem occidiſſet deinde Polyphemum filium occæcaſſet, decem annos per mare illum inſecutus eſt, cui ſemper adfuit Pallas. 19 Verſutum, callidum. 20 Vitam Ulyſſi adimere conatus eſt. 21 Neptuno Jovis fratri, cujus erat filia Pallas: ex Jovis enim cerebro ſine matre procreata dicitur, ſapientia & bonarum artium Dea. Dictam autem *Minervam* quidam exiſtimant à *minando*, quaſi vim minetur: ſolet enim ſimulacrum ejus fingi ægide & haſtâ formidabile: unde & Pallas Græcis dicitur, ἀπὸ τοῦ πάλλειν, i. à *vibrando*, quòd haſtam tenens, eam veluti vibrare videatur. 22 Ordo eſt: *Et quis vetat, aliquod numen adeſſe nobis irato Deo.* 23 Licet non ſim comparandus heroibus illis. 24 Favere, auxiliari. 25 Cæſare Auguſto quem Deum nominat, ut infra: *Placato poſſim non miſer eſſe Deo.* 26 Quia tempeſtas non ceſſat. 27 Inimicæ aquæ precautia ora conſpergunt. 28 Ventus ſæviſſimus. 29 Ne ſolo puniar exilio, ſed pluribus modis. 30 Venti iidem disjiciunt & nivem, & preces meas. 31 Fluctus montium inſtar. Hyperbole. Sic. el. 3. Monte nec inferior *proræ puppique recurvæ Inſilit, & pictos verberat unda Deos.* Et el. 10. Inque modum tumuli *concava ſurgit aqua.* Sic & Virg. 1. Æn. *Inſequitur tumulo præruptus* aquæ mons: Et, *Fluctuſque* ad ſidera *tollit.* 32 Cœlum. 33 Hiatus inter fluctus ſe diducentes. 34 Magis magiſque profundæ apparent valles. 35 Imum fundum, quia Tartaris nihil inferius eſt. 36 Nullibi terram proſpicio. 37 Mare. *Pontus* autem proprie illud mare appellatur, quod à palude Mæotidis uſque in Tenedum protenditur: perquem (*Pontum*) mare ipſum per excellentiam, ficuti per *Poëtam* Homerum intelligimus. 38 Pontus fluctibus attollitur. 39 Ille aër inductis nubibus pluviam & tempeſtatem minatur.

Inter 40 *utrumque fremunt* 41 *immani murmure venti,*
Neſcit, 42 *cui domino pareat, unda maris.*
43 *Nam modò* 44 *purpureo* 45 *vires capit* 46 *Eurus ab ortu:*
Nunc 47 *Zephyrus* 48 *ſero veſpere miſſus adeſt:*
Nunc 49 *gelidus* 50 *ſiccâ Boreas bacchatur ab Arcto:*
Nunc Notus 51 *adverſâ prælia fronte* 52 *gerit.*
53 *Rector in incerto eſt: nec* 54 *quid fugiat-ve petat-ve,*
Invenit: 55 *ambiguis* 56 *ars ſtupet ipſa malis.*
Scilicet occidimus: nec ſpes eſt ulla ſalutis:
Dumque loquor, vultus obruit unda meos.
Opprimet 57 *hanc animam fluctus, fruſtraque precanti*
Ore necaturos accipiemus aquos.
58 *At pia nil aliud quam me dolet exule conjux:*
59 *Hoc unum noſtri ſcitque gemitque mali.*
Neſcit in immenſo jactari corpora ponto:
Neſcit agi ventis: neſcit 60 *adeſſe necem.*
O bene, quòd non ſum mecum 61 *conſcendere paſſus:*
62 *Ne mihi mors miſero bis patienda foret.*

40 Pontum & artem.
41 Magno ſono ac ſtrepitu. Al. *turbine.* i. ventorum volubilitate, nec ſine fragore.
42 Cui vento, à quo, tanquam domino regitur.
43 Quatuor Cardinales ſeu Principes ventos deſcribit, qui à quatuor mundi *cardinibus*, Oriente, Occidente. Meridie, & Septentrione ſpirant, nempe Eurus, Zephyrus, Auſter & Boreas: quos Manilius hiſce verſibus complexus eſt: *Aſper ab axe ruit Boreæ: furit Eurus ab ortu: auſter amat medium ſolem, Zephyruſque cadentem.* 44 Ab oriente rutilo, propter auroræ colorem purpureum, & plena roſarum atria. 45 Violentius ſpirat. 46 Ab oriente ſole. Hic enim ſpirat ab ortu æquinoctiali. 47 Euro contrarius eſt *Zephyrus*, ſic dictus, quòd ſatis vitam adferat: Latinè *Favonius* à *favendo* ſive *fovendo*, dicitur. 48 Ab occidente flans. 49 Frigidus Aquilo: ſic dictus ἀπὸ τῆς βάσης. i. *boatu*, eò quòd violenti & ſonori flatus. *Aquilo* dicitur, à vehementiſſimo volatu inſtar aquilæ. 50 Sævit ac furit, ſicut Bacchæ agunt, à ſicco Septentrione; venti enim a Septentrione ſpirantes ſicciores ſunt, quam à Meridie: *vel*, quia nunquam occidunt urſæ, nec in mare deſcendunt. *Arctos* autem Græce urſam ſignificat, quæ in Septentrione exiſtens Polonomen dedit. Nam Jupiter Caliſtorem, Lycaones filiam, à Junone in urſam mutatam, unà cum Arcade filio in ſidera retulit, & ad Polum collocavit, qui ab ea *Arcticus* fuit denominatus. 51 Eregione & ex adverſo Boreæ occurrens, ſiquidem à meridie fiat. 52 Contendit: cum eo de imperio. 53 Navis magiſter, gubernator. 54 Quem ventum vitet, aut quem locum petat. 55 Ventis illis adverſis & inter ſe pugnantibus; reddunt enim navis magiſtrum dubium, quid agendum ſit. 56 Ipſa navigandi peritia. 57 Vitam meam. i. pereundum eſt mihi in his fluctibus. 58 Dolori eſt piæ meæ uxori, quòd in exilium mittor. 59 Hoc ſolum meum exilium, nam me tempeſtate jactari neſcit. 60 Me in mortis periculo eſſe. 61 Navem: volebat enim uxor exilii Poëtæ comes eſſe. 62 Ne mors mihi geminâ morte gravior ſit: *vel*, ne illa, quæ pars mea eſt, quoque moriatur.

63 Quamvis naufragio mihi vita adimatur, in columi meâ uxore, quæ dimidia pars est mei, vivere quidem mihi videbor.
64 Quam celeriter coruscavit!
65 Quantum tonitru.
66 Toto cœlo habenti polos seu axes. Pars pro toto. Virg. Axem *humero torquet.*

At 63 *nunc, ut peream, quoniam caret illa periclo,*
Dimidiâ certe parte superstes ero.
Hei mihi, 64 *quàm celeri micuerunt nubila flammâ!*
Quantus ab æthereo personat axe 65 *fragor!*
67 *Nec levius laterum tabulæ feriuntur ab undis,*
Quam 68 *grave balistæ mœnia pulsat onus.*
Qui venit hic fluctus, fluctus superemnet omnes:
69 *Posterior nono est, undecimoque prior.*
Non letbum timeo, 70 *genus est, miserabile lethi:*
Demite naufragium, mors mihi munus erit.
71 *Est aliquid, fatoque suo, ferroque cadentem*
In solitâ 72 *moriens ponere corpus humo:*
Et 73 *mandare suis aliqua, & sperare sepulcrum:*
Et non æquoreis piscibus esse cibum.
Fingite me dignum 74 *tali nece,* 75 *non ego solus*
Hic vehor: 76 *immeritos cur mea pœna trahit!*
77 *Pro* 78 *superi, &* 79 *viridesque Dei, quibus æquora curæ,*
80 *Utraque jam vestras sistite* 80 *turba* 81 *minas:*

1. cœlum sustinet. *Axis* enim propriè, est linea recta per centrum terræ traducta, quæ est totius mundi diameter. i. medium dimetiens, circum quam volvitur atque convertitur mundus. Axis autem extremitates *Poli mundi* appellantur, à πολέω. i. *verto*, quia circum hos rota mundi machina circumvolvitur. *Axis* etiam est lignum illud teres, circa quod rota currus vertitur. Nonnunquam pro toto curru ponitur. 67 Et tabulæ navis quæ sunt in lateribus non minore impetu, æquè valida vi quassantur. 68 Gravia pondera & saxa, quæ vibrantur à balistis. Erat *balista* genus tormenti, quâ veteres in jaciendis saxis, dùm oppida oppugnarent, utebantur. Sen. *Nec torta claustra fregerat saxa gravi* Balista *portæ.* 69 Fluctum intelligit, quem Poëtæ *decimum* sive *decumanum* appellant, qui maximus esse solet. A veteribus enim *decumana* maxima sunt dicta: ut, *porta decumana.* i. maxima: *ovum decumanum*, quòd ovum decimum majus nascatur: nisi quis malit ad hoc referre, quòd denarius numerus aliquo modo sit extremus: & quicquid supra hunc additur, fiat per iterationem subindè præcedentium. 70 Naufragium. 71 Ordo est: *Est aliquid*, hominem *cadentem & suo fato, & ferro ponere corpus moriens in solitâ humo.* i. alicujus momenti est & non tantoperè dolendum, si quis morte suâ sive naturali obeat, & gladio in bello interfici, dummodò in terrâ hominibus propriâ sive in natali, solo, ubi natus, educatus sit, & vitam omnem vixerit, apud suos, non in aquâ, cadaver ponatur. 72 Morientis hominis. 73 Injungere agenda: quod faciunt morituri. 74 Ut peream naufragio. 75 Parcendum est cæteris, qui mecum sunt in eâdem navi, Et est Pathos à comitibus, quod insontes unà pereant. 76 Cur comites mei pœnæ meæ participes erunt? 77 Repetitur hic imploratio, & argumentatur à sententiâ Cæsaris, tanquam à pari: atque ideò prædicat ibi ejus potentiam. 78 Cælestes, quibus in ventos potestas. 79 Dii maris, quibus & color maris affingitur. 80 Et cæli & maris Dii. 81 Tonitrua, fulmina sunt minæ cœlestium: venti & fluctus immensi marinorum: orat ergo cœlum serenum, & pelagus quietum.

Quam-

Quamque dedit vitam mitissima Cæsaris ira,
Hanc sinite infelix in loca 82 *missa feram.*
Si quoniam merui pœnam, me perdere vultis:
83 *Culpa mea est ipso judice morte minor.*
Mittere me Stygias si jam voluisset 84 *ad undas*
Cæsar, 85 *in hoc vestrâ non eguisset ope.*
Est illi nostri 86 *non invidiosa* 87 *cruoris*
Copia; 88 *quodque dedit, cùm volet, ipse feret.*
89 *Vos modò, quos certè nullo, puto, crimine læsi,*
90 *Contenti nostris Dii, precor, este malis.*
91 *Nec tamen,* 92 *ut cuncti miserum servare velitis,*
Quod periit, salvum jam caput esse potest.
93 *Ut mare subsidat, ventisque* 94 *ferentibus utar:*
95 *Ut mihi parcatis, non minùs exul ero.*
96 *Non ego divitias avidus sine fine parandi*
Latum 97 *mutandis mercibus æquor* 98 *aro:*
99 *Nec peto, quas quondam petii studiosus,* 1 *Athenas:*
2 *Oppida non Asiæ, non mihi visa priùs:*
Non ut 3 *Alexandri claram delatus in urbem,*
4 *Delicias videam, Nile* 5 *jocose, tuas:*

82 In Scythiam. Al. *jus. a.*
83 Crimen meum, vel Augustæ judice. non est tantum, ut morte plectendus sim.
84 Ad inferos. Illi enim dicuntur *mitti ad undas Stygias*, qui intereunt.
85 Non deerant Romæ gladii, carnifices, &c. Atque insuper habet per se vitæ necisque potestatem. 86 Non odiosa Augusto, non conciliatura illi invidiam. Q. d. Potest me Cæsar interficere, cùm libet, quæ res nullam illi concitabit invidiam propter mea crimina: *vel*, non invidet mihi vitam. 87 Mortis meæ potestas, quæ penes Cæsarem est. 88 Vitam, quam mihi concessit Augustus, ipse adimet, auferet. 89 Iterum jam precationem repetit, & addit correctionem patheticam, nequaquam se ita liberari posse exilio. 90 Nihil addite malis ab Augusto illatis. 91 Ordo est: *Nec tamen caput, quod periit, jam potest esse salvum.* 91 Quamvis vos omnes velitis me in tutum locum perducere, mihique salutem adferre. 92 Quamvis mare non sæviat & tumescat ventis ponentibus, placidumque fiat. 93 Secundis & portantibus me in Scythiam. Al. *faventibus.* 94 Quamvis mihi ignoscatis, & faciatis ne peream naufragio, tamen non ob eam causam effugiam quin sim exul. i. tamen remanebo exul, quod mihi erit tanquam mors altera. 95 Argumentatur Poëta à suâ innocentiâ, cum rejicit navigationem suam ad necessitatem, liberans eam à cupiditate, per antitheton, & affectu, à loco patriæ. Q. d. Non ad lucra, non ad curiositatem, non ad voluptates; sed ad exilium quò mittor, opto placidam tempestatem, Πάθος. 96 Ut merces meas mutem. Solent enim mercatores merces mercibus mutare. 98 Navigo. Virg. *Vobis parta quies, nullum maris æquor* arandum. 99 Nec Athenas eo studendi gratiâ, ut olim. 1 Civitatem Græciæ inter Macedoniam & Achajam. Hanc Cecrops primus condidit, unde *Cecropia* dicta est: posteà, *athenæ* à Minervâ, quam Græca Αθηναν appellant. Fuit hæc civitas omnium bonarum artium inventrix, Philosophorum & Oratorum mater, & Poëtarum alumna. 2 Nec jam peto Asiam, ut primò oppida illius videam. 3 Alexandriam, quam in Ægypto conditam de suo nomine Alexander Magnus appellavit. Vide Curt. l. 4. & Just. l. 11. 4 Tuos jocos. 5 Propter copiam cùm aliarum rerum, tùm variorum animalium, adeoque ipsarum deliciarum, quas suppeditat, sive quod ibi multa jocosa perpetrantur.

Quod facile est, opto ventos (quis credere possit?)
Sarmatis est tellus, quam mea vela petunt.
Obligor, ut tangam sævi fera littora Ponti:
Quodque sit à patriâ tam fuga tarda queror.
Nescio quo videam positos ut in orbe Tomitas
Exilii facio per mea vota viam.
Si me diligitis, tantos compescite fluctus:
Pronaque sint nostræ numina vestra rati:
Seu magis odistis, jussæ me advertite terræ:
Supplicii pars est in regione mori.
Ferte (quid hic facio?) rapidi mea corpora venti:
Ausonios fines cur mea vela vident?
Noluit hoc Cæsar: quid, quem fugat ille, tenetis?
Aspiciat vultus Pontica terra meos.
Et jubet, & merui: nec, quæ damnaverit ille
Crimina, defendi fas-ve pium-ve puto.
Si tamen acta Deos nunquam mortalia fallunt:
A culpâ facinus scitis abesse meâ.
Immò ita si scitis: si me meus abstulit error:
Stultaque mens nobis, non scelerata, fuit:
Quòd licet ex minimis, domui si favimus illi:
Si satis Augusti publica jussa mihi:

6 Quod facile mihi concedi posset.
7 Sc. optare quempiam ventos, quibus deferatur in terram inultam, ut ibi miserè vivat, res supra fidem.
8 *Sarmatia*, regio est, cujus pars sita est in Europâ, pars verò in Asiâ.
9 Injunctum est.
10 Incolam.
11 Maris Ponticia lævâ parte. Ingrediente enim Poëtâ mare Ponticum, à lævâ erat Tomos, quam petebat. 12 Propter gentes crudeles illic habitantes. 13 Ut vivam quod reliquum est vitæ inter Tomitas. *Tomos* urbs fuit in Getico littore: sic dicta, quia illic Medea fratrem trucidavit. 14 Opto ac peto mihi viam dari ad exilium. 15 Repetit implorationem, & vehementi oratione alloquitur ventos, ac jubet se abripi à conspectu Italiæ in locum exilii. 16 Propitia. 17 Quam Augustus. 18 Deferte me in Scythiam. 19 Satis supplicii erit, si in Sarmatiâ moriar, mihi ab Augusto concessâ licet naufragio ereptus. 20 Italiæ littora, cujus partem Ausones incolebant. 21 Cur è navi velificâ Italiam prospicere possumus? 22 Ut Italiam viderem, & hic hærerem. 22 Relegat, in exilium ejicit. 23 Aspiciat vultus meus terram vicinam Ponto Hypallage. 24 Et vult me proficisci in exilium. 25 Sequitur agnitio & confessio culpæ, cum ejus extenuatione, & animi sui propensione & benevolentiâ erga Cæsarem ejusque familiam. 26 Facta hominum. 27 Decipiunt, latent. 28 A meo scelere. 29 Ordo est: *Imò, ô Divi, ita parcite, si ita scitis*, sc. facinus abesse à mea culpâ, *& si meus error abstulit me*, &c. 30 Poëta peccatum suum errorem fuisse fatetur, non scelus; & per imprudentiam id commisisse, cujus causâ postea eum Augustus relegavit. Sic el. 3. *Cælestique viro, quis me deceperit error, Dicite.* Sunt qui existimant, eum ideò relegatum fuisse, quòd imprudens Augustum viderit cum filiâ Juliâ incestum committentem. 31 Imprudens & improvida. 32 Sceleri obnoxia. 33 Licet fuerim è minimis, qui familiæ Cæsaris Augusti faverim. 34 Si Augusti jussis, mittentis me in exilium, perinde ac publicis, quam primum parui.

35 *Hoc*

35 *Hoc duce ſi dixi felicia ſæcula,* 36 *proque*
Cæſare thura, piis 37 *Cæſaribuſque dedi:*
38 *Si fuit hic animus nobis,* 39 *ita parcite, Divi:*
Sin minùs: alta cadens obruat unda caput.
41 *Fallor, an incipiunt* 42 *gravidæ evaneſcere nubes?*
Victaque mutati 43 *frangitur ira maris?*
44 *Non caſu vos, ſed ſub conditione vocati,*
45 *Fallere quos non eſt, hanc mihi fertis opem.*

35 Si dixi ipſa fæcula felicia, quæ ſub hoc imperatore peragerent. 36 Cæſari & in illius ſalutem. 37 Tiberio, ejuſque filiis Germanico & Druſo. 38 Si mens noſtra fuit talis in Auguſtum, ut faverem illi. 39 Subjungit poſtremam precationis repetitionem. 40 Si non ſc. *fuit talis animus in Cæſarem.* 41 Claudit Elegiam ſignificatione lati auxilii. 42 Nubes minitantes tempeſtatem. Dicitur *nubes* à *nubendo*, i. tegendo cœlum. 43 Repellitur. 44. Non fortuito, ô Dii, hæc langueſcit tempeſtas, ſed ea conditione, qua vos oravi, ut ſi fui in Cæſarem ejuſque familiam animo benevolentiſſimo. 45 Quos non poſſum fallere.

ELEGIA III.

1 *Cùm* 2 *ſubit illius triſtiſſima noctis* 3 *imago,*
Quæ mihi 4 *ſupremum tempus in* 5 *urbe fuit:*
Cum 6 *repeto noctem, quâ* 7 *tot mihi cara reliqui;*
Labitur ex oculis tunc quoque 8 *gutta meis.*
9 *Jam proſiluit* 10 *lux aderat, quâ me diſcedere Cæſar*
11 *Finibus extremæ juſſerat Auſoniæ.*
Nec 12 *mens, nec* 13 *ſpatium fuerat ſatis* 14 *apta parandi;*
15 *Torpuerant longâ pectora noſtra morâ.*
16 *Non mihi ſervorum, comites non cura legendi,*

1 Miſerabiliter exponit Poëta conſternationem illam, quâ affectus eſt, poſtquam juſſit eum Cæſar in exilium abire, quidque eâ nocte etiam egerit, quæ ſuit illi in urbe noviſſima, declarat. Miſerabiliùs deinde uxoris, & domeſticorum lachrymas deſcribit. Denique dicit, ſe cœpiſſe navigare: & in mari Jonio læviſſimam tempeſtatem coortam, quâ territi etiam nautæ ſalutem deſperabant. 2 In mentem venit. 3 Memoria. 4 Ultimum. 5 Roma. 6 Recordor. 7 Patriam, meam uxorem, domum, amicos, urbem, &c. 8 Lachrymæ. 9 Narratio, quâ ſingillatim recenſere omnia incipit, quæ ſibi extremo ſuæ in urbe profectionis tempore contigerint. 10 Dies. 11 Limitibus ultimæ Italiæ. 12 Quæ conſternata malis, quid ageret, ignorabat. 13 Tempus. 14 Præparandi mihi neceſſaria. Ea autem intelligit, quæ ſtatim ſubjungit. 15 Senſu privata erant. 16 Ordo eſt: *Cura ſervorum non fuit mihi, & cura legendi comites non fuit, & cura veſtis, & opis aptæ.* i. auxilii exuli convenientis, *non fuit mihi profugo.*

Non aptæ profugo veſtis, opiſ-ve fuit.
Non aliter 17 *ſtupui,* 18 *quàm qui jovis ignibus ictum*
Vivit, & eſt vitæ neſcius ipſe ſuæ.
Ut tamen hanc 19 *animi nubem dolor ipſe* 20 *removit,*
21 *Et tandem ſenſus convaluêre mei;*
Alloquor extremùm mœſtos abiturus amicos,
Qui modò de multis 22 *unus & alter erant.*
Uxor amans flentem flens acriùs ipſa 23 *tenebat,*
24 *Imbre per indignas uſque cadente genas.*
25 *Nata procul* 26 *Libycis aberat diviſa ſub oris,*
27 *Nec poterat* 28 *fati certior eſſe mei.*
Quocunque aſpiceres, luctus gemituſque ſonabant,
29 *Formaque non taciti funeris inìis erat.*
Femina, virque meo, pueri quoque 30 *funere mœrent:*
Inque domo lacrymas angulus omnis habet.
Si licet exemplis in parvo grandibus uti;
31 *Hæc facies Trojæ, cùm caperetur, erat.*
32 *Famque quieſcebant voces hominumque canumque,*
33 *Lunaque* 34 *nocturnos* 35 *alta regebat equos.*
36 *Hanc ego* 37 *ſuſpiciens, &* 38 *adhùc* 39 *Capitolia cernens,*
40 *Quæ noſtro* 41 *fruſtrà* 42 *juncta fuêre lari:*

17 Fui attonitus. 18 Quam qui fulmine tactus ſtupet, & neſcis an vivat. 19 Conſternationem, triſtitiam, quæ animo, ut nubes cœlo, conſpectum adimebat. Quemadmodum enim nubes cœli ſerenitatem fædat: ita triſtitia & animi lucem & oris hilaritatem maculat. 20 Diſcuſſit, repulit. 21 Et ubi tandem ſenſus mei reſtituti ſunt i. me collegi, animuſque rediit. 22 Pauci. cùm multi fuiſſent. Unde El. 4. *Vix duo, tres-ve mihi de tot ſupereſtis amici: Cætera fortunæ, non mea turba fuit.* Inter eos, qui in amicitiæ officio manſerant, Carum, Celſum & Maximum enumerat, El. 5. 23 Amplectebatur me flentem. 24 Lacrymis largis imbris inſtar fluentibus aſſiduè per genas ejus, quæ tanto fletu irrigari non debuerunt; quoniam illa, ut ſic ſe lachrymis maceraret, non erat merita. 25 Filia Perilla, quæ virum in Africâ ſecuta fuerat. 26 In Libya, Africæ regione. 27 Propter magnam loci diſtantiam. 28 Exilii, mihi per fata immiſſi. 29 Et ſpecies quædam funeris, in quo non ſunt taciti, ſed magni gemitus (quales in funere amici alicujus eſſe ſolent) erat domi meæ. 30 Exilio meo, quod inſtar funeris erat. 31 Talis luctus, qualis domi meæ erat. i. ita Trojani, captâ urbe, lamentabantur, ut tùm domi meæ. 32 Noctis periphraſis. 33 Luna lucebat. 34 Qui nocte currunt. 35 Elevata ſupra Horizontem. 36 Lunam. 37 Surſum aſpiciens. Verg. *Et faſtigia ſuſpicit urbis.* 38 Al. *adhæc.* i. inſuper. 39 Aſpiciens collem Capitolinum: ſic dictum, quòd in eo, cùm fundamenta foderentur ædis Jovis, *caput* humanum inventum fuerit. 40 Capitolia. 41 Quia nobis non profuerunt, cùm præſentia numinum, ea inhabitantum, vicinos quoque tueri debuiſſet. 42 Fuêre contingua noſtræ domui. *Lares* propriè ſunt Dii domeſtici, qui colebantur domi, ſocuſque illis ſacer erat. Quoniam autem *lares* ſive *Penates* etiam privatorum domibus præeſſe credebantur, factum eſt, ut utrumque verbum pro domibus uſurpetur. Hinc fit *Lararium*, i. ſacrarium domeſticum, in quo Lares & Dii peculares adorabantur.

43 *Numina* 43 *vicinis habitantia* 44 *ſedibus*, 45 *in-*
quam,
46 *Famque oculis nunquam templa videnda me-*
is :
Diique relinquendi, 47 *quos* 47 *urbs habet* 48 *alta*
49 *Quirini* :
50 *Eſte ſalutati tempus in omne mihi.*
Et 51 *quamquam ſerò* 52 *clypeum poſt vulnera ſu-*
mo ;
Attamen 53 *hanc* 54 *odii exonerate* 53 *fugam* :
55 *Cæleſtique viro*, 56 *quis me deceperit* 56 *error*,
Dicite : *pro* 57 *culpâ ne* 58 *ſcelus eſſe putet.*
Vt, *quæ* 59 *ſentitis*, 59 *pœnæ quoque ſentiat auctor* :
60 *Placcato poſſim non miſer eſſe Deo.*
Hac prece adoravi ſuperos ego : 61 *pluribus unor*,
Singultu 62 *medios impediente ſonos.*
Illa etiam ante 63 *Lares* 64 *paſſis proſtrata capillis*,
Contigit 65 *extinctos ore tremente* 65 *focos* :
Multaque in 66 *adverſos* 67 *effudit verba Pena-*
tes,
Pro 68 *deplorato non valitura viro.*
Famque moræ ſpatium nox 69 *præcipitata negabat* :
70 *Verſaque* 71 *ab axe poli* 72 *Parrhaſis* 73 *Ar-*
ctos erat.
Quid facerem ? *blando patriæ retinebar amore*,
Ultima ſed 74 *juſſæ nox erat illa fugæ.*

43 Jupiter Capitoline, Juno, Minerva, &c.
44 Templis vicinis ædibus. Valedicit ergo Diis & loco.
45 Dico.
46 Præſagit fore, ut Romam nunquam reviſurus, ſit. Sic infra : *At mihi perpetuò patriâ tellure carendum eſt, Ni fuerit læſi mollior ira Dei.*
47 Omnes quos Roma colit.
48 Roma in ſeptem montibus poſita.

Sic Virg. I. Æn. *Albanique patres, atque* altæ *mœnia* Romæ. 49 A Quirino. i. Romulo condita. *Quirinus* dictus eſt Romulus, quod haſtem ferre ſolitus erat : à quo Romani *Quirites* appellati. 50 Valete in æternum. 51 Licet ſerò ſapiam, & ante vulnera ſeu ante damnationem vos precari debuiſſem, ut eſſetis mihi propitii, ne in hanc inciderem miſeriam. 52 Præſidium veſtrum ac tutelam. 53 Hoc exilium. 54 Facite, ne poſt diſceſſum meum Auguſto & aliis odio ſim. 55 Auguſto, cui jam cœleſtes honores exhibentur. 56 Qualis imprudentia. 57 Errore : nam ſceleſus odium ; culpa meretur veniam. 58 Quod ego commiſi. 59 Intelligitis, ſcitis de me, ſc. me per imprudentiam erraſſe. 59 Auguſtus mei autor exilii. i. qui me relegavit. 60 Auguſto lenito poſſim eſſe non miſer. i. poſſim revocari. 61 Precibus. 62 Media & imperfecta verba. 63 Deos domeſticos. 64 Sparſis circum caput : ut mos precantium erat. 65 Altaria jam non ardentia. 66 Adverſarios nobis. 67 Quia nihil profecit, adverſis & averſis Penatibus. 68 Cujus cauſa jam deplorata & miſeranda erat. Eſt enim *deploratum* idem quod deſperatum, cui medicina fieri nulla poteſt. 69 In exitum tendens, præceps elapſa, auroræ vicina. Et eſt notatio imminentis diluculi. 70 In orientem ſpectabat : Auroram deſignat, quâ Plauſtrum cœleſte in orientem vertitur. 71 Ab ejus rotis : & ſic oſtendit, mediam noctem elapſam. 72 Arcadia fuit enim Caliſto filia Lycronis, regis Arcadiæ ſive Parahaſiæ. 73 Urſa major, quæ *Arctos* Græcis, Latinè *Urſa* appellatur. 74 Quâ urbe & Italia juſſus eram excedere.

*Ah quoties aliquo dixi properante, Quid * urges,*
Vel, 75 quòd festines ire, vel 76 unde, vide.
Ah quoties certam me sum mentitus habere
*Horam, propositæ quæ foret apta * viæ!*
77 Ter limen tetigi: ter sum revocatus: & ipse 55
78 Indulgens animo pes mihi tardus erat.
Sæpè 79 valedicto, rursus sum multa locutus,
Et quasi discedens oscula 80 summa dedi.
Sæpè eadem mandata dedi, 81 meque ipse fefelli,
Respiciens oculis 82 pignora cara meis. 60
83 Denique quid propero? 84 Scythia est, quò mittimur, inquam: (ra est.
85 Roma relinquenda est: 86 utraque 87 justa mo-
Uxor in æternum 88 vivo mihi viva negatur:
Et 89 domus, & fidæ 90 dulcia membra domus:
Quosque ego dilexi 91 fraterno more sodales: 65
O mihi 92 Thesêâ pectora juncta fide!
Dum licet, 93 amplectar: nunquam fortasse licebit
Amplius: 94 in lucro est, quæ datur hora, mihi.
Nec mora, sermonis verba 95 imperfecta relinquo,
Amplectens 96 animo proxima quæque meo. 70
Dùm loquor, & flemus; cœlo nitidissimus alto
Stella 97 gravis nobis 98 Lucifer ortus erat.
99 Dividor haud aliter, quàm si mea membra relinquam:
Et 1 pars abrumpi corpore visa suo est.
Sic doluit 2 Primus tunc, cùm in 3 contraria ver-
sus, 75

* Festinas? 75 In extremum orbem. 76 A patriâ: in locum terrimum à jucundissimo: neutrâ ergo de causâ festinandum. * Itineri. 77 Ter discedebam, & ter retrocessi. Adeò siniſtrum omen putabant veteres limen offendere, cùm domum ingrederentur, domo-ve egrederentur, ut id, quòd tùm facturi erant, prospere sibi contingere non posse crederent. 78 Pes nolens discedere, ut mihi morem gereret, erat lentus ad discedendum. 79 Amicis meis. 80 Summa & ultima. 81 Quia ignorabam, me sæpius eadem mandata meis dedisse. 82 Uxorem, & amicos omnes. 83 Sc. *dixi*. 84 Regio ad Septentrionem sita, hodiè *Moscovia Tartariaque* dicta, deserta vastaque regio. 85 Terrarum caput. 86 Ne Scythiam petam & Romam relinquam. 87 Nam *Quid melius Româ? Scythico quid frigore pejus?* l. 1. de Pont. El. 5. 88 Quod tantum post mortem accidere solet. 89 Familia. 90 Amici, domestici, servi, divitiæ: hæc enim omnia sunt membra domus. 91 Ac si fratres mei fuissent. 92 Amore fideli, qualis fuit Thesei in Pirithoum, qui cum illo inferos adibat. 93 Vos. 94 Videor nunc tempus illud lucrari, quo vobiscum moror: nam fortasse non amplius licebit. 95 Nondum finita. 96 Animo meo charissima. 97 Molesta nobis, propter meam in exilium eo die profectionem. 98 *Phosphorus*, i. lucem ferens dicitur, cùm antegreditur Solem; cùm subsequitur, *Hesperus*. 99 Separor à meis. 1 Membrum amputari. 2 Filius Laomedontis. Trojæ rex ultimus. 3 In contrariam & damnosam sententiam tractus vel mutatus. Sinoni enim credideral, si equus ille in urbem tractus fuisset, *Ultrò Asiam magno Pelopeia ad mœnia bello Venturam*; sed res in contraria cessit: nam eo equo capta est Troja.

4 *Ultores*

4 *Ultores habuit proditionis equos.*
5 *Tunc verò exoritur clamor, gemitusque meorum:*
Et feriunt mœstæ pectora nuda manus.
Tunc verò conjux humeris abeuntis inhærens,
Miscuit hæc lacrymis tristia dicta meis:
Non potes 6 *avelli: simul hinc, simul ibimus, inquit!*
Te sequar, & conjux exulis exul ero.
7 *Et mihi facta via est: & me capit* 8 *ultima tellus:*
Accedam 9 *profugæ sarcina parva rati.*
Te jubet è patriâ discedere 10 *Cæsaris ira:*
11 *Me pietas: pietas hæc mihi* 12 *Cæsar erit.*
13 *Talia tentabat,* 14 *sic & tentaverat antè:*
15 *Vixque dedit victus utilitate manum.*
16 *Egredior (*17 *sive illud erat sine funere* 18 *ferri)*
19 *Squallidus immissis* 20 *hirta per ora comis.*
Illa dolore amens 21 *tenebris narratur obortis*
22 *Semianimis mediâ procubuisse domo.*
23 *Utque resurrexit,* 24 *fœdatis pulvere turpi*
Crinibus, & 25 *gelidâ membra levavit humo:*
Se modò, 26 *desertos modò deplorasse Penates,*
Nomen & erepti sæpè vocasse viri:
Nec gemuisse minùs, quam si 27 *natæ-ve, meum-ve*
Vidisset 28 *structos corpus habere rogos:*

4 Equus ligneus, qui prodidit Trojanos Græcis, in se continebat Græcos latentes in ejus cavernis, ulturos Paridem, qui Helenam proditione rapuerat. Nonnulli hunc locum sic legunt, *Sic doluit Metius tunc, cum in contrario versos ultores habuit proditionis equos*, ut cum superiori cohæreat sensus, & agatur de Metio Suffetio, jussu Tulli Hostilii quadrigis distracto. Historia nota est ex Livio & Floro. 5 Me discedente. 6 Abstrahi à me. 7 Quam tu ingredieris terrâ marique viam, & ego possum ingredi, & perferre omnia, quæ occurrent, incommoda. 8 Scythica & septentrionalis regio, quæ est ultima imperio Romano. 9 Quæ te profugum vehet. 10 Augustus iratus. 11 Amor in te meus jubet me è patriâ discedere. 12 Cæsaris vice erit, ut cogat me tecum ire in exilium, sicut te Cæsar cogit. Q. d. ego volens abibo, non imperio Cæsaris. 13 Mecum proficisci. 14 Quod & antè fecerat. 15 Cùm ostendissem adventum, ejus fore mihi inutilem, ægrè mihi cessit, dimovitque manus à collo meo in utilitatem suam & meam. *Dare* enim *manus victæ*, est se victum fateri. 16 Domo. 17 Sive meus ille discessus erat potiùs elatio quædam vivi hominis citra ullam mortem & funus. 18 Efferri, portari ad sepulturam. 19 Incomptus, ut verè tristem decebat. 20 Per faciem barbatam: in luctu enim capillum & barbam non tondebant. 21 Exanimatio vel animi defectio significatur. Sic Plaut. Tenebræ oboriuntur, *genua media succidunt*. Idem dicit de Laodamiâ, quæ propter viri, in bellum Trojanum, in quo periturum eum audierat, profecti dolorem exanimata erat: *Lux quoque tecum abiit*, tenebris *exanguis* obortis, *Succidio dicor procubuisse genu*. 22 Tanquam semimortuus. 23 Et postquam. 24 Deturpatis: quod extremæ tristitiæ signum erat. 25 Nudâ, frigidâ humo, non è toro. 26 Ea dicitur deflevisse domum viro desertam. 27 Filiæ Perillæ. 28 Lignis impositam esse, ut combureretur: solebant enim cadavera mortuorum cremari. *Rogus* autem est strues lignorum ad cremanda cadavera.

Et voluisse mori, & moriendo [29] *ponere sensus:*
[30] *Respectuque tamen non periisse* [30] *mei.*
Vivat, [31] *& absentem (*[32] *quoniam sic fata tulerunt)*
Vivat, & auxilio sublevet usque suo.
[33] *Tingitur Oceano* [34] *custos Erymanthidos Ursæ,*
[35] *Æquoreasque suo sidere turbat aquas:*
Nos tamen [36] *Jonium non nostrâ* [37] *findimus* [36] *æquor*
Sponte, sed audaces cogimur esse [38] *metu.*
Me miserum, quantis [39] *nigrescunt æquora ventis,*
Erutaque eximis fervet arena vadis!
Monte nec inferior [40] *proræ* [41] *puppique recurvæ*
Insilit, & [42] *pictos verberat unda Deos.*
[43] *Pinea texta sonant: pulsi* [44] *stridore* [45] *rudentes:*
[46] *Aggemit & nostris ipsa* [47] *carina malis.*
Navita confessus [48] *gelidum pallore timorem,*
Jam [49] *sequitur* [50] *victus, non regit arte, ratem.*
[51] *Utque parùm validus* [52] *non proficientia* [53] *rector*
Cervicis [54] *rigidæ fræna remittit equo:*
Sic non quò voluit, sed quò rapit impetus undæ,
[55] *Aurigam video vela dedisse rati.*
Quòd nisi [56] *mutates emiserit* [57] *Æolus auras,*
In loca jam nobis [58] *non adeunda ferar.*

29 Ne sentiret tantos dolores mei exilii: quam rem sola mors præstat. 30 Si mecum conferatur. 31 Et mihi exuli semper & assiduè opem ferat, vel rebus quibusdam necessariis submittendis, vel supplicando pro me. 32 Ut ab eâ separarer exilio. 33 Tingebatur. i. occidebat. 34 Arctophylax custos Calistonis Arcadiæ in ursam mutatæ. *Erymanthis* autem ab *Erymantho*, Arcadiæ monte, appellatur. Ostendit ergo Poëta, Arctophylacis occasu se in mari Ionio cœpisse navigare. Occidit verò Arctophylax. 3. Nonas Martii. Vide Fast. 3. 35 Et occasu suo tempestatem ciet. 36 Jonium mare, quod dicitur ea pars maris Mediterranei, quæ supra fauces maris Adriatici inter Siciliam & Cretam extenditur. 37 Abaratro tractum, quo telluri infunditur sulcus. 38 Cæsaris, qui nos navigare facit. 39 Tecto nubibus cœlo, & erutâ è fundo arenâ. 40 Anteriori parti sive fronti navis. 41 Posteriori parti navis. 42 In puppi. 43 Tabulæ ê pinu, quibus contexta seu compacta erat navis; *vel*, navis è trabibus pineis facta. Sic. Fast. 1. Pinea *non sano ter pede* texta ferit. Et Met. 14. *Fert ecce avidas in* pinea *Turnus* Texta *faces*. 44 Sic. El. 10. *Nunc quoque contenti* strident *Aquilone rudentes*. 45 Funes nautici majores. 46 Videtur meâ causâ gemere. 47 Navis. Pars pro toto: *carina* enim propriè, est ima pars navis. 48 Qui frigidos homines reddit. 49 Quò venti vocant. 50 Al. *victam*. 51 Et quemadmodum qui non potest infrenem equum regere, habenas dimittit: sic nauta vela reliquit, quæ regere non poterat. 52 Non regentia equum. 53 Vector. 54 Regi flectique nesciæ. 55 Gubernatorem. 56 Ventos priores mutatos. Nam secundis ventis aliquot dies navigaverat Româ usque in mare Jonium: ubi posteâ Arctophilacis occasu coortâ tempestate, ventis contrariis referebatur in Italiam. 57 Ventorum rex, Jovis alius & Sergestæ, Hippotæ Trojani filiæ; à quo dicitur *Hippotades*. 58 In Italiam, quam adire mihi nefas.

Nam

Nam procul 59 *Illyricis* 60 *lævâ de parte relictis,*
Interdicta mihi cernitur Italia.
Desinat in vetitas, quæso, 62 *contendere terras,*
Et mecum magno pareat aura 63 *Deo.*
Dùm loquor, & cupio pariter, timeoque 64 *repelli,*
Increpuit quantis viribus unda latus!
Parcite cærulei vos saltem 65 *numina ponti,*
Infestumque mihi sit satis esse 66 *Iovem.*
Vos animam sævæ fessam 67 *subducite morti,*
68 *Si modò, qui periit, non periisse potest.* 130

59 Populis Illyriæ regionis hodie *Slavonia* dictæ. 60 Læva enim hæc regio erat naviganti Ovidio. 61 Vetitia. 62 Me deducere. 63 Augusto: voluit enim me in Scythiam proficisci & in Italiam non redire. 64 Ab Italiâ. 65 Dii maris. 66 Augustum. 67 Naufragio liberate. 68 Si modò ego tanquam mortuus, relegatus ad Sarmatas, possum non periisse. i. perditus servari possum.

ELEGIA IV.

1 O *Mihi* 2 *post ullos nunquam memorande sodales,*
O 3 *cui præcipuè sors mea visa sua est.*
4 *Attonitum qui me (memini) carissime primus*
Ausus es alloquio 5 *sustinuisse tuo:*
Qui mihi consilium vivendi 6 *mite dedisti:*
7 *Cùm foret in misero pectore mortis amor.*
Scis benè cui dicam, 8 *positis pro nomine signis,*
Officium nec te 9 *fallit amice, tuum.*
10 *Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis:*
11 *Perpetuusque animi debitor hujus ergo.*
Spiritus & 12 *vacuas prius hic tenuandus in auras*
Ibit, & in tepido deseret 13 *ossa rogo:*

1 Amici fidem laudat Poëta, quòd etiam in adversis eum nunquam deseruerit: quam rem raros admodùm ex tam multis fatetur sibi præstitisse. Simul eum hortatur, ut in priſtino amore perseveret, nec Augustum timeat: siquidem tali eum amore delectari posse, argumentis probat. Denique fatetur, se plura mala Ulysse perpessum fuisse in exilio suo. Ille enim aliquando in patriam rediit: sibi verò nullam relictam esse spem reditus dicit, ni fortasse Augusti ira lenita fuerit. 2 Ante alios omnes amicos primo loco referende. Sic de Pont. l. 4. *O mihi non dubios inter memorande sodales.* 3 Quem infortunium meum, ac fretum fuisse, tetigit. 4 Perculsum denuntiatione exilii. 5 Consolari. 6 Placidum. 7 Cùm me ipsum interficere cuperem. 8 Veretur Poëta amici nomen exprimere propter Augustum. 9 Latet. i. scis te mihi hoc officium præstitisse, ne me occiderem: quo potes cognoscere, te à me in præsentiâ significari. 10 Hæc mihi intima semper erunt in corde, ut medulla ima in corpore est. 11 Quoad vixero, animam seu vitam meam absque servatam tibi debebo. 12 Mutabitur in tenuem aëra. i. priùs moriar. 13 Corpus post mortem comburendum.

14 Quàm *ſubeant animo meritorum oblivia noſtro,*
Et 15 *longâ pietas excidat iſta* 15 *die.*
Dii tibi ſint 16 *faciles, &* 17 *opis nullius egen-*
tem,
Fortunam præſentem, diſſimilemque meæ.
Si tamen hæc navis 18 *vento ferretur* 19 *amico,*
Ignoraretur forſitan 20 *iſta fides.*
21 *Theſea Pirithous non tam ſenſiſſet amicum,*
Si non 22 *infernas vivus adiſſet* 22 *aquas.*
Ut foret exemplum veri 23 *Phocæus amoris,*
Fecerunt 24 *Furiæ, triſtis Oreſta, tuæ.*
Si non 25 *Euryalus* 26 *Rutulos cediſſet in hoſtes,*
27 *Hyrtacidæ Niſi* 28 *gloria nulla foret.*
29 *Scilicet ut fulvum* 30 *ſpectatur in ignibus au-*
rum:
Tempore ſic 31 *duro eſt inſpicienda fides.*
32 *Dùm juvat, & vultu videt fortuna ſereno,*
33 *Indelibatos cuncta ſequuntur opes.*
At 34 *ſimul intonuit,* 35 *fugiunt: nec noſcitur* 36
ulli,
37 *Agminibus comitum qui modò cinctus erat.*
Atque hæc 38 *exemplis quondam collecta priorum,*
39 *Nunc mihi ſunt propriis cognita vera malis.*
Vix duo treſ-ve mihi de tot ſupereſtis amici:

14 Quam oblivi ſear pietatem tuam.
15 Longo tempore.
16 Propitii, faventes.
17 Et faciant, ut nullius auxilio egeas.
18 Hæc mea fortuna.
19 Favore & felicitate. i. ſi tamen omnia mihi fauſta contingerent. Metaphora.
20 Tuus in me amor.
21 Ægei, regis Athenarum, filium, Athenienſium principem. Probat fidem explorari rebus adverſis. 22 Stygiam paludem tartara circumfluentem. Fingunt enim Poëtæ, ad rapiendam Proſerpinam inferos adiiſſe Theſeum ac Pirithoum. Unde Charon apud Virg. Æn. 6. dicer: *Nec verò Alciden me ſum lætatus, euntem Accepiſſe lacu, nec Theſea, Pirithoumque.* 23 Pylades, Phoci filius, qui cum Oreſte, Agamemnonis filio, poſt matrem interfectam à Furiis vexato, juxta, oraculum cum vitæ periculo ad Colchos, profectus eſt. Pont. 3. El. 2. 24 Furor tuus, quo agitabaris ob matrem Clytemneſtram interfectam. 25 Trojanus fuit, arctiſſimo amicitiæ vinculo cum Niſo conjunctus: qui noctu Rutulorum caſtra unà ingreſſi, magnam hoſtium ſtragem ediderunt. Verùm cùm, inſtante jam die, ſeſe recipere conarentur, in hoſtium equitatum inciderunt, à quo circumventum Euryalum cùm Niſus eripere non poſſet, certiſſimæ ſeſe morti maluit objicere, quam amicum deſerere. Virg. Æ. 9. v. 168. & ſeq. 26 In manus Rutulorum veniſſet. 27 Hyrtaci filii. 28 Ineognita virtus eſſet. 29 Sicut aurum igni, ſic amici fides in rebus adverſis probatur, juxta illud Ennii: *Amicus certus in re incerta cernitur.* 30 Cognoſcitur, perſpicitur. probatur. Cic. *Non igitur ex ſingulis vocibus Philoſophi* ſpectandi ſunt, probandi: unde & *ſpectatores pecuniæ* dicuntur, qui valorem ejus explorant. 31 Infelici. 32 Dùm fortuna alicui ſavet. i. dum res ſecundæ ſunt. Sic infra El. 8. *Donec eris felix, multos numerabis amicos, Tempora ſi fuerit nubila, ſolus eris.* 33 Illæſas, conſtantes integras, nullo adhuc caſu & detrimento imminutas. 34 Simulac cœpit fortuna alicui adverſari. Metaphora. 35 Amici ab eo diſcedunt. 36 Ab ullo. 37 Multitudine aſſentatorum, quæ agmen efficere potuiſſet. 38 Olim animadverſa aliorum exemplis. 39 Nunc ipſemet in me expertus ſum.

40 *Cæto-*

40 *Cætera fortunæ, non mea, turba fuit.*
41 *Quò magis ô pauci rebus succurrite* 42 *lapsis,*
Et date 43 *naufragio littora tuta meo.*
44 *Ne-ve metu* 45 *falso nimiùm trepidate timentes*
Hac offendatur ne 46 *pietate Deus.*
47 *Sæpè fidem* 48 *adversis etiam laudavit in armis*
Inque 49 *suis amat* 50 *hanc Cæsar; in hoste* 51 *probat.*
Causa mea est 52 *melior, qui non* 53 *contraria fovi*
Arma; sed hanc merui 54 *simplicitate fugam.*
55 *Invigiles igitur nostris pro casibus oro;*
Diminui si 56 *quà* 57 *numinis ira potest.*
Scire 59 *meos casus si quis desiderat omnes,*
60 *Plus, quàm quod fieri res sinit ipsa, petit.*
Tot mala sum passus, 61 *quot in æthere sidera lucent.*
Parvaque quot siccus 62 *corpora pulvis habet.*
Multaque 63 *credibili tulimus majora, ratamque,*
Quamvis acciderint, 64 *non habitura fidem.*
65 *Pars etiam mecum quædam moriatur oportet:*
66 *Meque velim possit dissimulante tegi.*
Si vox 67 *infragilis, pectus mihi* 68 *firmius ære,*
Pluraque cum linguis pluribus ora forent;
Non tamen id circò 69 *complecterer omnia verbis;*
70 *Materiâ vires exsuperante meas.*
Pro duce 71 *Neritio docti* 72 *mala nostra Poëtæ*
Scribite: 73 *Neritio nam mala plura tuli.*

40 Reliqui fortunam secuti sunt, non mihi fuerunt veri amici.
41 Eò magis, ô vos duo tres-ve amici, qui ex tot mihi superfuistis, juvare me afflictum.
42 Al*læsis.*
43 Malis meis quietem. i. estote mihi naufrago portus, benevolentiam Augusti reconciliando.
44 Ordo est: *Vel vos nimiùm timentes falso metu, ne Deus offendatur hac pietate, ne trepidate.* 45 Inani, non vero: quia falso timetis Augustum in hac re. 46 Quòd amico succurratis. 47 Exemplis probat, non esse ab amicis timendum Augustum. Siquidem in prælio illos etiam laudavit, qui hostibus fidem inviolatam præstitêre. Est autem argumentum à Minori ad Majus. 48 Hostium. 49 Gentibus sibi subjectis. 50 Fidem. 51 Laudat in hoste, si quem ex hostibus fidum suis cognovit. 52 Quàm hostium. 53 Conjurationem contra Augustum sustinui, favi. Lege Suet. in Aug. 54 Imprudentiâ. 55 Da vigilem operam mihi exsuli, in eam curam sedulus incumbe. 56 Aliqua ratione. 57 Augusti. 59 Omnia mea infortunia molestiasque. 60 Impossibilia petit. 61 Id est infinita. 62 Arenulas. 63 Majora, quàm credi possit. i. incredibilia. 64 Quibus quis fidem non adhibebit. 65 Majorum meorum. Q. d. Pleraque etiam ex meis malis ne quidem unquam patefient: atque utinam ea ita possem occultare, ut non proferrentur. Dixerat enim, se tulisse innumera & incredibilia. Quæ autem hæc sint mala, non apetit. 66 Velim ut possit celari pars hæc, quæ mecum morietur, me tacente. 67 Non fragilis, sed dura & indefatigabilis, quæ sermone minime possit infringi. 68 Ut ferre posset labores studii. 69 Mala mea omnia possem exprimere & conscribere. 70 Malorum meorum copiâ. 71 Ulysse, à *Nerito* Ithacæ, patriæ Ulyssis, monte. 72 Errores nostros: De erroribus Ulyssis scripsit Homerus. 73 Nam pluribus malis vexatus sui, quàm Ulysses.

74 Ulysses. Sequitur comparatio demonstrativa malorum Ovidii cum Ulyssis malis: in quâ venustè contraria contrariis refert Poëta. 75 Loco. 76 Ulysses decem annos erravit, & eo tempore varias calamitates accepit. 77 Inter Dulichium insulam vicinam Ithacæ, & Trojam. 78 Me Ovidium. 79 Sita sub alio climate. 80 Emensos. i.

74 Ille brevi 75 spatio 76 multis erravit in annis
77 Inter Dulichias Iliacasque domos:
78 Nos freta 79 sideribus totis distantia 80 mensos
Detulit in 81 Geticos Cæsaris ira sinus.
Ille habuit 82 fidamque manum, sociosque fideles:
Me profugum comites deseruêre mei.
Ille suam lætus patriam 83 victorque petebat:
A Patriâ fugi 84 victus & exul ego.
Nec mihi 85 Dulichium domus est, 85 Ithace-ve 85 Same-ve,
86 Pœna quibus non est grandis abesse locis:
87 Sed quæ de 88 septem totum circumspicit orbem
Montibus, imperii Roma Deûmque locus.
Illi corpus erat durum, patiensque laborum:
89 Invalidæ vires, 90 ingenuæque mihi.
Ille erat assiduè 91 sævis agitatus in armis:
Assuetus 92 studiis mollibus ipse fui.
Me 93 Deus oppressit nullo mala nostra 94 levante:
95 Bellatrix illi 95 Diva ferebat opem.
Cùmque minor Jove sit 96 tumidis qui regnat in undis:
Illum Neptuni, me 97 Jovis ira premit.
Adde, 98 quod illius pars maxima ficta laborum est:
Ponitur in nostris fabula nulla malis.
Denique 99 quæsitos tetigit tamen ille 99 Penates:

postquam ego emensus sum seu nave trajeci. 81 Getarum maria. i. in terras barbarorum, non in patriam ad charam Penelopen & filium Telemachum, ut ille, delatus sum. 82 Fidele auxilium. 83 Quia Troja jam erat devicta. 84 Condemnatus. 85 Insulæ maris Ægæi, imperium Ulyssis. Dicitur autem *Same* vel *Samos*: 86 Non est magnus dolor neque molestia abesse Dulichio, & Ithacâ, & Samo: quia sunt loca non tantæ celebritatis, quantæ est Roma: à quâ abesse summam capio molestiam, & vitam ipsam instar mortis mihi esse duco. 87 Ordo est: *Sed Roma, locus imperii* i. sedes Imperatorum, vel, locus ad imperandum idoneus, ut pote in medio Italiæ situs, *& Deorum* i. principum, Deorum instar, *quæ circumspicit totum orbem de septem montibus, est mihi domus.* 88 Roma enim sita erat in septem montibus, quorum nomina hæc sunt: Mons Palatinus, Capitolinus, Querinalis, Cælius, Esquilinus, Viminalis & Aventinus. 89 Non assuetæ laboribus. 90 Quales sunt ingenuorum. Al *ingeniumque.* 91 Vexatus, educatus in prælio Trojano. 92 Studiis Poëticis, & ab omni strepitu abhorrentibus. 93 Augustus. Aliam rationem subjungit, quâ dicit, se plura mala expertum fuisse Ulysse. 94 Leviora reddente. 95 Dea Minerva, quæ Ulyssis comes fuit: quoniam ille in rebus omnibus utebatur prudentiâ, cujus Dea Pallas est. 96 Id est Neptunus, Deus maris. 97 Augusti odium: qui his temporibus est mihi summus Jupiter. 98 Quòd multa falsa de illo referantur. 99 Patriam, quam multos annos errabundus quæsivit.

Quæ-

Quæque 100 *diu petiit, contigit* 101 *arva tamen.*
102 *At mihi perpetuò patriâ tellure carendum est,*
103 *Ni fuerit* 104 *læsi mollior ira* 104 *Dei.*

100 Decem annos. 101 Ithacam patriam. 102 Verùm ego in perpetuum exilium mittor. 103 Nisi Augustus à me offensus capiatur misericordiâ mei. 104 Offensi Augusti.

ELEGIA V.

1 *Nec tantum* 2 *Clario* 3 *Lyde dilecta* 2 *Pœtæ,*
Nec tantum 4 *Coo* 5 *Battis amata suo est :*
6 *Pectoribus quantùm tu nostris uxor inhæres,*
Digna 7 *minùs misero,* 8 *non meliore, viro.*
9 *Te mea suppositâ veluti trabe fulta ruina est :*
Si quid adhùc ego sum, 10 *muneris omne tui est*
Tu facis, 11 *ut spolium non sim, nec nuder ab illis,*
12 *Naufragii tabulas qui petiêre mei.*
Utque rapax, 13 *stimulante fame, cupidusque cruoris*
14 *Incustoditum captat* 15 *ovile lupus :*
Aut ut 16 *edax vultur* 17 *corpus circumspicit, et quod*
18 *Sub nullâ positum cernere possit humo ;*
19 *Sic mea nescio quis malè fidus* 20 *rebus acerbis*
In bona venturus, si paterêre, 21 *fuit.*
22 *Hunc tua* 23 *per fortes virtus* 24 *submovit amicos :*
25 *Nulla quibus reddi gratia digna potest.*

1 Uxoris idem & industriam laudat Pœta : quòd, cùm nonnulli invidissimè inhiarent bonis opibus, ipsa ingenio, & amicorum præsidio integra omnia servaverit. Undè Pœta vicissim tantum pollicetur, eam fore suis carminibus immortalem. 2 Antimacho, Colophonio patriâ. Fuerunt enim vicina inter se Colophon & Claros. 3 Amica Callimachi, quam ardentissimè amavit. 4 Philetæ. 5 Battida amavit Philetas Cous. 6 Quantum, ô uxor, te amo. 7 Feliciori marito. 8 Sum enim ex antiquissimâ : & nobilissimâ Nasonum familiâ, ex quâ innumerabiles equitès prodierunt : sum Pœta summo ingenio, & eruditione præstanti : quo conjuge ante hanc meam calamitatem te jactare solebas. Vide El. 3. l. 4. *Tempus ubi est illud, &c.* & l. 2. *Illâ nostra die, &c.* 9 Ordo est : *Mea ruina est fulta, te suppositâ, veluti trabe.* Accipiendum est de possessionibus, in quas involabant homines alienorum cupidi, quarum fructibus in exilio ipse vivebat. 10 Id tibi acceptum ferre debeo. 11 Ut non spolier. 12 Qui reliquum fortunarum mearum mihi adimere voluerunt, quod in calamitate illâ mihi à Cæsare relictum erat ; non secus te si naufrago partes disjectæ navis adimere vellent. 13 Illum ad rapinam impellente. 14 Sinè canum aut pastoris custodiâ. 15 Ovium stabulum. 16 Omnia concoquens. 17 Cadaver. 18 Insepultum : nam ex solis cadaveribus sibi escam quærit. 19 Eodem modo perridi involassent in possessiones ac fortunas meas, nisi prohibuisses. 20 Huic meo exilio. 21 Fuisset. 22 Perfidum. 23 Auxilio constantium amicorum. 24 Repulit, removit. 25 Itaque quàm verum est, me miserum esse, tam verum est, me verum dicere.

Ergo quàm misero, tam vero teste 26 *probaris,*
27 *Hic aliquod pondus si modò testis habet:*
Nec 28 *probitate tuâ prior est aut* 29 *Hectoris uxor,*
30 *Aut comes* 31 *extincto Laodamia viro.*
Tu si 32 *Mæonium vatem sortita fuisses,*
33 *Penelopes* 34 *esset fama secunda tuæ.*
Sive tibi hoc debes, 36 *nullo pia facta magistro,*
37 *Cumque novâ* 38 *mores sunt tibi luce dati.*
39 *Femina seu princeps, omnes tibi culta per annos,*
Te docet exemplum conjugis esse bonæ:
40 *Assimilemque sui longâ assuetudine fecit:*
41 *Grandia si parvis assimilare licet.*
Hei mihi, non magnas quòd habent mea carmina
42 *vires,*
Nostraque sunt meritis 43 *ora minora tuis!*
Si quid & in nobis 44 *vivi fuit antè vigoris,*
45 *Extinctum longis excidit omne malis:*
Prima locum 46 *sanctas Heroïdas inter haberes:*
Prima 47 *bonis animi conspicerêre tui.*
Quantumcunque tamen 48 *præconia nostra valebunt,*
Carminibus vives 49 *tempus in omne meis.*

26 Proba, bona & sincera judicaris.
27 Si modo huic testi, ut pote in exilium misso, credendum est.
28 Amore tuo in maritum.
29 Andromache, quæ maritum suum Hectora, Trojanorum principem, ardentissimè amavit.
30 Aut Laodamia, quæ amplexata fuit mortuum maritum Protesilaum. 31 Occiso sive mortuo Protesilao. 32 Potuisses Homerum laudum tuarum præconem habuisse. 33 Uxoris Ulyssis. 34 Esset fama tua prior, Penelopes vero secunda. 1. Penelope tuæ famæ tuique nominis celebritati concederet. 35 Sive soli tibi acceptum ferre debes, & natura te hoc docuit, quod marito fidem serves. 36 A nullo pietatem docta. 37 Una cum die tuo natali. i. cùm nasceteris. 38 Sanctissima instituta. 39 Seu Liviæ, Augusti uxoris, quam præcipuâ fide coluisti, exemplo didicisti, ut tu esses exemplum bonæ conjugis. 40 Similes in te mores excitavit perpetuâ consuetudine. 41 Si illi te licet comparare. 42 Elegantias & operationem ad virtutem tuam exprimendam. 43 Verba. i. & quòd merita tua ore meo & verbis exprimere nequeam. 44 Floridi. 45 Suffocatum est exilio meo. Metaphora à luminibus. 46 Inter claras mulieres. celebres viragines, quas, ut sanctas, colere debemus. 47 Tuâ virtute esses præ omnibus conspicua, quæ maximam laudem meretur. 48 Laudes tuæ carminibus nostris decantatæ. 49 Semper.

ELEGIA

ELEGIA VI.

Si quis habes 2 nostris similes in imagine 2 vultus,
Deme meis hederas, 3 Bacchica serta, comis.
Ista decent lætos felicia 4 signa Poëtas:
5 Temporibus non est apta corona meis.
6 Hæc tibi dissimula, senin tamen, omnia dici,
7 In digito qui me fersque refersque tuo:
8 Effigiemque meam fulvo complexum in auro,
Cara 9 relegati, quæ potes, ora vides.
Quæ quoties spectas, 10 subest tibi dicere saltem,
Quàm procul à nobis Naso sodalis abest!
Grata tua est pietas: sed carmina 11 major imago
Sunt mea, quæ mando 12 qualiacunque legas:
13 Carmina mutatas 14 hominum dicentia formas,
15 Infelix domini quod fuga rupit opus.
Hæc ego 16 discedens, sicut 17 bona multa 18 meorum,
Ipse meâ 19 posui mœstus 19 in igne manu.
Utque cremasse suum 20 fertur sub 21 fidibite 22 natum

1 Amicum admonet Poëta, ut auro faciem suam insculptam intuens, ejus exilii recordetur, dematque illi coronam ex hederâ: siquidem hujusmodi insignia conveniunt felicibus Poëtis. Mandat tamen insculptæ imaginis loco legatur opus Metamorphoseos, in quindecim libros digestum: quos quamvis ipse in exsilium Proficiscens, in ignem conjecerit, tamen eosdem pluribus exemplis conscriptos exstare intelligit. Postremò sex versus mandat conscribis in primâ libri fronte: quo lector admoneatur, illud opus memendatum subitâ ejus conflagratione circumferri. 2 Faciem meæ similem in effigie gemmæ sive annulo insculptâ. 3 Coronas hederæ, quæ est Baccho sacra. Quare velit Poëta è suo capite coronam demi, causa est sequenti versu. Coronabantur autem Poëtæ coronâ ex hederâ, tanquam Baccho sacri, quod Bacchantium more insanirent, vinosique essent. Propert. *Ennius hirsutâ cingat sua dicta coronâ. M. foliâ* ex hederâ *porrige, Bacche, tuâ.* Et Virg. *Pastores hederâ crescentem ornate Poëtam.* 4 Serta ex hederâ ex quibus Poëtæ cognoscebantur. 5 Infelici tempori, quo exsulo, *vel*, capiti meo. Pars pro toto. 6 Ne ostende hæc omnia dici tibi, ne Augustum offendas, intelligis tamen me tibi hæc dicere. 7 Qui fers & repræsentas sive extrahis annulum, in quo est gemma habens vultus meos insculptos. Vide Macrob. Sat. l. 7. c. 13. 8 Faciem meam. 9 Amici exsulis. 10 In mentem veniat. 11 Magis ingenium meum exprimunt, quàm aurum illud faciem. 12 Sive bona, sive mala, sive grata, sive ingrata sint. 13 Metamorphosin sive opus Metamorphoseos i. Transmutationis. 14 Corporum: nam non tantùm homines, sed & alia mutata scribit. 15 Quam Metamorphosin infelix exilium domini imperfectum reliquit, abrupit, ne summa illi manus imponeretur. Non enim Poëta illud opus potuit corrigere. 16 Roma. 17 Poëmata, opera. 18 Operum meorum. 19 Combussi. 20 Dicitur. 21 Torre, in quo fata Meleagri erant, sc. ut tamdiu Meleager viveret, quàm stipes superesset. 22 Fatum fuit Meleagrum: quod fecit in vindictam fratrum suorum à Meleagro interfectorum. Vide Met. 3. Fab. 4.

23 *Thestias*, 24 *& melior matre fuisse soror;*
Sic ego non meritos mecum 25 *peritura libellos*
Imposui 26 *rapidis* 27 *viscera nostra* 26 *rogis.*
Vel quòd 28 *eram Musas, ut crimina nostra, perosus:*
29 *Vel quòd adhùc crescens, &* 30 *rude carmen erat.*
31 *Quæ quoniam non sunt penitùs sublata, sed exstant,*
32 *Pluribus exemplis scripta fuisse reor.*
Nunc precor ut 33 *vivant,* 34 *& non ignava* 35 *legentem:*
34 *Otia delectent,* 36 *admoneantque mei.*
Non tamen illa legi poterunt patienter ab ullo,
Nesciat his 37 *summam si quis abesse* 37 *manum.*
Ablatum 38 *mediis opus est* 38 *incudibus illud;*
Defuit & scriptis ultima 39 *lima meis.*
Et * *veniam pro laude peto:* 40 *laudatus abundè,*
Non fastiditus si tibi, lector, ero.
41 *Hos quoque sex versus, in primâ fronte libelli,*
Si præponendos esse putabis, habe:
42 *Orba parente suo quicunque* 43 *volumina cernis,*
44 *His saltem vestrâ detur in* 45 *urbe locus.*
Quòque magis 46 *faveas, non hæc sunt edita ab illo,*
Sed 47 *quasi de domini funere rapta sui.*

23 Althea Thestii filia. 24 Et fratres, à Meleagro occisos, enixiùs amasse, quàm filium: Sic & Met. S. *Pugnat materque sororque. Et diversa trahunt unum duo nomina pectus. Incipit esse tamen melior germanâ parente,* 25 Cùm proficiscerer in exsilium. 26 Flammæ omnia rapienti & consumenti. 27 Libros nostros, quos ego, ut liberos, procrearam. 28 Versus, quorum primæ auctores Musæ, odio prosequebat ut qui nobis crimen conflaverunt, *vel*, propter quos in crimen vocati sumus, sc. ob libros de Arte amandi. 29 Aliam rationem addit, cur opus Metamorphoseos igni cremaverit. 30 Inemendatum, nec perpolitum. 31 Quoniam Metamorphoseos opus, cum comburerem, eo non planè interiit. 32 Arbitror plura volumina exscripta fuisse ex meo exemplari. 33 Extent, permaneant ac legantur. 34 Studia literarum & scriptorum meorum non ignaviam præferentia. 35 Opus Metamorphoseos. 36 Et reducant vel meam eruditionem, vel meum exilium illi in memoriam. 37 Ultimam curam, ultimum finem. 38 Nondùm absoluto & perfecto opere, i. dum adhuc cuderetur, dum esset in incude. Est à fabris ferrariis sumpta Metaphora. Nam *incude media opus ablatum* dicitur, cum pars perfecta, pars imperfecta relinquitur. *Incus* enim propriè instrumentum ferreum est, super quod fabri ferrum cudunt. 39 Emendatio ac perpolitio. *Lima* propriè, est instrumentum fabrile, quo ferrum, aut aliquid aliud terendo expolitur. * Non peto ex hujusmodi opere laudem, sed ut erroribus ignoscas. 40 Satis mihi id erit laudis, si tibi fastidio non ero. 41 Habe hos sex versus, si præponendos Metamorphoseos initio tibi ita videatur. 42 Privata patre & autore operis, qui in exilium missus est. 43 Libros à *volvendo* dictos, quòd olim in libris arborum i. corticibus scribebant, & libellos illos, quò ferrent commodiùs, complicabant. Est enim proprie *volumen* pars codicis. 44 Quod autori non contigit. 45 Româ, 46 Operi, 47 Quasi de morte & exilio Poëtæ.

Quic-

Quicquid in his igitur vitii 48 *rude carmen habebit,*
Emendatum, si 49 *licuisset, erat.*

48 Impolitum. 49 Per tempus & occasionem.

ELEGIA VII.

1 IN 2 *caput* * *alta suum* 3 *labentur ab æquore retrò*
Flumina, 4 *convertis Solque recurret equis.*
Terra ferret stellas: cœlum 5 *findetur aratro:*
Unda dabit flammas, & dabit ignis aquas:
Omnia 6 *naturæ* 7 *præpostera legibus ibunt,*
8 *Parsque suum mundi nulla tenebit iter.*
Omnia fient, fieri quæ posse negabam:
Et nihil est, 9 *de quo non sit habenda fides.*
10 *Hæc ego vaticinor, quia sum* 11 *deceptus ab illo,*
Laturum misero quem mihi rebar opem.
12 *Tanta-ne te fallax cepêre oblivia nostri?*
13 *Afflictumque fuit tantus adire timor?*
Ut neque 14 *respiceres, nec solarêre* 15 *jacentem*
Dure, nec 16 *exsequias prosequerêre meas?*
Illud amicitiæ 17 *sanctum ac venerabile nomen*
18 *Re tibi pro vili, sub pedibusque jacet.*
19 *Quid fuit,* 20 *ingenti prostratum mole sodalem*
Visere? & alloquii 21 *parte* 22 *levare tui?*
Inque meos, si non lacrymas dimittere, casus,
Pauca tamen 23 *ficta verba dolere loqui?*
Idque quod ignoti faciunt, valedicere saltem,

1 Queritur Poëta eum, qui cum diu familiariter vixerat, subitâ Poëtæ consternatione, & exilii ruinâ fidem mutasse. Mox tamen illum admonet, ut in fide permaneat, quò ejus officium laudare queat. 2 Fortem suum, undè erumpunt in mare. Horat. *Nunc ad aquæ lene caput sacræ.* * Profunda. 3 Retrò fluent à mari, in quod defluunt. Inductio est ex iis, quæ fieri nequeunt. 4 Sol etiam ab occasu in orientem cursum diriget, quod contra naturam est. 5 Arabitur. 6 Quas natura ipsa constituit. 7 Contraria, & alio modo quàm debetur. 8 Ordo est: *Et nulla pars mundi tenebit suum iter* i. elementa, cœlum suo loco non manebunt, nec tenebunt cursum ordinemque à natura destinatum. 9 Cui non sit fides adhibenda, omnia posse evenire. 10 Leges naturæ iturasse præposterè, ego ista futura prædico. 11 Derelictus. 12 Ita-ne, ô impostor, mei oblitus es? 13 Cum ego affligerer. 14 Adjuvares me. Ter. *Age me in tuis secundis* respice. 15 Quem durus casus afflixerat. 16 Me ex urbe in exilium proficiscentem, tanquam si ad sepulchrum efferrer. *Exsequiæ* enim sunt funebre officium. Crebrò Poëta abitum suum in exilium cum funere & exsequiis comparat. 17 Quod apud omnes sanctum habitum fuit. 18 Nullo apud te in honore, ac nullius pretii est. 19 Quantulum fuisset? 20 Magnitudine calamitatum oppressum, & qui se erigere non poterat, tanquam ingenti mole prostratus fuisset. 21 Ut significet, quamvis modicum & breve solatium sibi ab eo denegatum. 22 Consolari, dolorem imminuere. 23 Si verè non potuisses flere.

Et 24 *vocem populi*, 25 *publicaque ora sequi?*
26 *Denique* 27 *lugubres vultus*, 28 *nunquamque videndos*
Cernere 29 *supremo, dum licuitque die?*
Dicendumque 30 *semel toto non amplius ævo*
31 *Accipere, & parili reddere voce, Vale?*
32 *At fecêre alii nullo mihi fœdere juncti,*
Et lacrymæ 34 *animi signa decêre sui.*
35 *Quid*, 36 *nisi convictu causisque valentibus esses*
Temporis & longi junctus amore miki?
Quid, nisi tot 37 *lusus, & tot mea* 38 *seria nosses?*
Tot nossem lusus, seriaque ipse tua?
Quid si duntaxat Romæ mihi cognitus esses?
39 *Ascitus toties in genus omne foci?*
40 *Cuncta-ne in æquoreos abierunt irrita ventos?*
Cuncta-ne 41 *Lethes mersa feruntur aquis?*
42 *Non ego te genitum* 42 *placidâ reor* 43 *urbe Quirini,*
Urbe 44 *meo quæ jam non adeunda pede est:*
Sed scopulis 44 *Ponti, quos hæc habet ora,* 45 *siniſtri,*
46 *Inque feris Scythiæ Sarmaticisque jugis:*
Et tua sunt silicis circum 47 *præcordia venæ,*
48 *Et rigidum ferri semina pectus habet:*
Quæque tibi tenero quondam 49 *ducenda palato*
Plena dedit nutrix ubera 50 *tigris erat.*

24 Supremum vale conclamare.
25 Omnium sermones.
26 Sc. *quid fuit?*
27 Meos vultus luctu desomnes.
28 Et quos non amplius videres.
29 Ultimo
30 Ne, sæpius agendo, id tibi molestiam pareret.
31 Valedicere, & valedici?
32 Argumentum à minori, quòd alieni præstiterint hæc officia.
33 Amicitiæ vinculo obstricti. 34 Doloris, quo in animo propter meum ex urbe discessum afficiebantur. 35 Sc. facturus fuisses? Additur amplificatio à circumstantiâ personæ. 36 Nisi fuisses mihi intimus amicus, quod unâ vixímus, magnisque causis, quæ amicitiam reddebant arctiorem. 37 Joeos. 38 Seriò dicta ac facta. 39 Adjunctus, evocatus à me. 40 An omnia parvi pendis, & levia tibi æstimata sunt, ut quæ ventis dissipantur? Sic alibi: *Irrita cum velis verba tulêre Noti.* 41 Oblita sunt tibi? *Lethe* fluvius est apud inferos, ἀπὸ τῆς λήθης. i. *ab oblivi ne* sic dictus quòd, cujus aquam si quis gustasset, mox rerum omnium præteritarum *oblivisceretur.* 42 Amplificatio à genere, seu origine, sive educatione & naturâ, per antitheton. Similis locus est apud Virg. 4. Æn. *Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus auctor Perfide: sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus, Hyrcanæ-ve admorunt ubera tigres.* 43 Româ, à Quirino. i. Romulo conditâ, in quâ homines non sævi, sed mites nascuntur. 44 In quam venire mihi non licet. 45 Siniſtræ partis maris Pontici. Et sic hominem asperum & immitem notat. 46 Et in montibus Scythiæ & Sarmatiæ, quæ sunt desertissimæ regiones. 47 Partes præjacentes cordi, involucra cordis. 48 Et durissimum & insensibile tibi pectus est. Sic propè l. 3. El 11. *Natus es e scopulis, mutritus lacte ferino. Et dicam silices pectus habere tuum.* 49 Sugenda. 50 Fœmina aliqua crudelissima, ut sunt tigres.

51 *Aut*

51 Aut mala noſtra minùs, quam non aliena putaſſes,
Duritiæque mihi non agerere reus.
Sed 52 quoniam accedit fatalibus hoc quoque damnis,
53 Vt careant numeris tempora prima ſuis.
Effice, 54 peccati ne ſim memor hujus, 55 & illo
Officium ut laudem, quo queror, ore tuum.

51 Aut non putaſſes noſtra mala minus, quam aliena. i. non minùs curaſſes, non minoris feciſſes, quàm aliena, atque ita non accuſareris à me crudelitatis, quòd mala noſtra non ſentires. 52 Quandoquidem hæc etiam adduntur cæteris meis malis atque infortuniis per fata mihi immiſſis, ideóque inevitabilibus. Adhortatio eſt ad mutandum animum, redeundum in viam. 53 Ut ſuperiora, tempora quibus amicitia noſtra erat arctiſſima, careant ſuo ordine, ut mihi in amore non reſpondeas, ut antea. 54 Hujus oblivionis amicitiæ. 55 Ordo eſt: *Et effice, ut ego laudem officium tuum illo ore, quo queror*; ſc. de te.

ELEGIA VIII.

1 DEtur inoffenſæ vitæ tibi tangere metam
Qui legis hoc nobis non inimicus 2 opus.
Atque 3 utinam pro te poſſent mea vota valere,
Quæ pro me duros non tetigêre Deos!
Donec eris felix multos numerabis amicos:
Tempora ſi fuerint 5 nubila, 6 ſolus eris.
Aſpicis 7 ut veniant ad 8 candida tecta columbæ?
Accipiat nullos 9 ſordida turris aves?
Horrea 10 formicæ tendunt ad inania nunquam:
Nullus ad amiſſas ibi amicus opes.
11 Vt que comes radios per Solis euntibus umbra,
Cùm latet 12 hic 13 preſſus nubibus, 14 illa fugit;
Mobile ſic ſequitur Fortunæ 15 lumina vulgus:
16 Quæ ſimul inducta nube teguntur, abit.

1 Queritur Poëta, vulgum ſequi fortunam, & ſecundis tantum rebus adeſſe amico at in adverſis eum ſolum relinquere: quod quidem re ſibi cognitum eſſe docet. Siquidem, antequam relegaretur ab Auguſto, multos habuit amicos: at poſtquam ſubitâ ruinâ corruit, neminem invenit, in cujus præſidio acquieſceret, cùm multis per Cæſaris modeſtiam id præſtare licuiſſet: quando quidem hoſtilis erga amicum amor ab eo etiam probatur. Dicit ergo: Concedatur tibi, ô lector non inimice à Diis attingere finem vitæ ſine ullâ offenſione aut malo. 2 Carmen, elegiam, vel librum. 3 Utinam mea vota exaudirentur. 4 Auguſtum inimicum & inclementem aliosque Deos ad miſericordiam non moverunt. 5 Nube aliqua. i. malo, triſtitiâ tecta. 6 Deſertus ab omnibus notus nemini. 7 Quomodo. 8 Quibus ſecundas amicorum res deſignat. 9 Immunda. i. fortuna amici nubila & adverſa. i. ut infelicem nulli amici ſequantur? 10 Quarum tota vita in corradendo frumento conſiſtit. 11 Ordo eſt: *Vt umbra eſt euntibus per radios ſolis comes.* 12 Sol. 13 Tectus. i. cum Sol nubibus obſcuratur. 14 Illa umbra diſcedit, nec apparet. 15 Felicitatem. 16 Simulac fortunæ favor hominem deſerit, eum quoque vulgus relinquit.

17 Hæc

17 Quod vulgus sequitur fortunam.
18 Ut nunquam tuo exemplo vera cognoscas.
19 Meo exemplo: quia re ipsâ cognovi id ita esse: vidi enim me ab amicis ferè omnibus desertum.
20 Dùm mihi fortuna arrisit. *Cadere* & *jacere* dicimur in adversis: *stare* in secundis.
21 Ordo est: *Domus quidem nota, sed non ambitiosa, habebat tantum turbæ quantum satis esset.*

17 *Hæc, precor,* 18 *ut possint semper tibi falsa videri*
Sunt tamen 19 *eventu vera fatenda meo.*
20 *Dum stetimus,* 21 *turbæ quantum satis esset, habebat*
Nota quidem, sed non ambitiosa, domus.
At 22 *simul impulsa est, omnes* 23 *timuêre ruinam,*
24 *Cautaque* 25 *communi terga dedêre fugæ.*
Sævus, nec admiror, metuunt si 26 *fulmina, quorum*
Ignibus affluri proxima quæque solent.
Sed timen 27 *in duris remanentem rebus amicum*
28 *Quamlibet invisо Cæsar in hoste* 29 *probat.*
30 *Nec solet irasci (neque enim moderatior alter)*
Cùm quis in adversis, si quid amavit, amat.
De comite Argolico postquam cognovit Orestem,
Narratur Pyladen ipse probasse Thoas.
Quæ fuit Actoridæ cum magno semper Achille,
Laudari solita est 33 *Hectoris ore fides.*
Quòd pius ad 34 *manes Thesеus comes iret* 35 *amico,*
36 *Tartareum dicunt indoluisse* 36 *Deum.*
Euryali Nisique fide tibi, 37 *Turne, relatâ,*
38 *Credibile est lacrymis immaduisse genas.*
39 *Est etiam miseris pietas, & in hoste probatur:*
Hei mihi, quam paucos hæc mea dicta movent!

22 Simulac est dejecta ab Augusto. i. simulac in exsilium missus sum. 23 Ne ruina mea illos quoque obrueret. 24 Sibi caventia. i. periculum fugientia. 25 Quam omnes capiebant. 26 Calamitatem. 27 In adversis non recedentem. 28 Licet hostem valdè odio habeat. 29 Approbat, laudat. 30 Laudat Augustum à clementiâ. Sic l. 1. El. 3. *Sed piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox. Quique dolet, quoties cogitur esse ferox. Qui vincit semper, victis ut parcere possit. Clausit & æternâ civica bella serâ. Multa metu pœnæ, pœnâ qui pauca coercet, Et jacit invitâ fulmina rara manu.* 31 De Pylade. i. postquam Orestem nosset Thoas, Pylademque Græcum comitem, fidem illius laudavit, Orestes enim cupiens à se furias removere ex morte matris conceptas, oraculum consulit: cui respondit, ut ad templum Dianæ in Tauricam regionem proficisceretur: quò cùm perveniſſet Orestes, comite & duce itineris Pylade, Thoas rex de more eum mactare volebat. Cæterum ignorabat, uter esset Orestes. Pylades Orestem se esse respondit, ut pro illo necaretur Orestes autem, ita ut erat, Orestem se esse perseverabat, quorum fidem ita Thoas probavit, ut Oresti ignosceret. Rem aliter & plenius refert Ovid. l. 3. de Pont. El. 2. 32 Patroclo, Actoris filio, qui indutus armis Achillis, Hectori resistebat, quem & Hector laudavit. Hom. I. l. 17. 33 Ore inimici. Summa ac solida est laus, cùm quis ab hoste laudatur. 34 Umbras, animas defunctorum. 35 Pirithoo. 36 Plutonem. cujus uxorem rapturi erant. 37 Qui Rutulorum rex erat. 38 Verisimile. 39 Solent etiam homines in miseros esse pii, quæ pietas etiam in hostibus laudatur.

40 *Hic ſtatus, hæc rerum nunc eſt fortuna mearum,*
Debeat ut lacrymis nullus adeſſe modus.
At mea ſunt, 41 *proprio quamvis mœſtiſſima* 41 *caſu*
Pectora profectu facta ſerena tuo. 40
Hoc tibi 43 *venturum jam tum, cariſſime, vidi,*
44 *Ferret adhuc iſtam cùm minùs aura ratem.*
45 *Sive aliquid morum, ſeu vitæ labe carentis*
Eſt pretium, nemo pluris habendus erit.
Sive 46 *per ingenuas aliquis caput extulit artes,* 45
47 *Quælibet eloquio ſit* 48 *bona cauſa tuo.*
His ego comomtus, dixi tibi protinus ipſi,
49 *Scena manet dotes grandis, amice, tuas.*
50 *Hæc mihi non ovium* 51 *fibræ,* 52 *tonitrum-ve ſiniſtri,*
53 *Lingua-ve* 54 *ſervatæ* 55 *penna-ve dixit avis.* 50
Augurium ratio eſt & conjectura futuri,
56 *Hæc divinavi, notitiamque* 57 *tuli.*

40 Hic rerum mearum ſtatus eſt, ut eas lachrymis ſatis perſequi non poſſim.
43 Relegatione meâ.
42 Tuis ſucceſſibus facta ſunt læta & exhilarata.
43 Eventurum.
44 Cùm favor minùs amplecteretur te ipſum & ingenium. i. cum favor tuus mihi adhuc minùs adeſſet, vel, cùm neque ego tam miſer, neque tu tàm clarus eſſes. 45 Ordo eſt: *Nemo erat habendus pluris.* i. præponendus eris omnibus, & nemo te pluris faciendus, *ſive pretium morum, ſive pretium vitæ carentis labe eſt aliquid.* i. ſi cujuſquam mores, & vita cărens crimine, aliquid valent, & alicujus ſint pretii. 46 Per diſciplinas liberales, & ſtudia eloquentiæ, & per artes ingenuis dignas. 47 Vel Demonſtrativa, quâ laudamus aut vituperamus, idque vel perſonam vel factum; vel Deliberativa, quâ aliquid ſuadetur, aut diſſuadetur; vel Judicialis, quâ accuſamus aut defendimus. *Cauſa* enim per ſimilitudinem dicitur omnis actio, quam in Senatu, ſive in foro, & apud judices populum-ve habemus: undè *cauſa* ſæpiès pro lite ac controverſiâ accipitur. 48 Honeſta tuo patrocinio. 49 Grandis materia & ſpectaculum exſpectat tuas dotes. i. & moribus & eloquentiâ dixi te fore virum clariſſimum, & ſic dotes iſtæ aliquando magno theatro ſpectabuntur. Propriè *ſcena* eſt tabernaculum ex frondibus inumbrationis causâ factum: ἀπὸ τῆς σκιᾶς. i. *ab umbrâ.* 50 Non divinavi hæc tanquam haruſpex ex animalium extis. Romani enim haruſpices, pecoribus immolatis, inſpiciebant jecora: & ſi erant livida & vitioſa, alia immolabant, dubitantes utrum morbo, an pabuli vitio læſa eſſent. Cùm pluribus experti erant, & probaverant integram, & ſolidam naturam jecorum, tunc litatum ritè exiſtimabant: ſin ſecus, minimè litari poſſe dicebant. 51 *Fibræ* ſunt omnium extremitates rerum: undè jecoris & cordis, & cujus libet viſceris extremæ partes appellantur *fibræ.* Virg. *nec* fibris *requies datur ulla renatis:* quin & minutæ radices arborum herbarumque dicuntur *fibræ.* Virg. *& amaris intyba* fibris. 52 Qui felices exiſtimabantur: quoniam ſiniſtrâ parte mundi ortus eſt: tum quæ nobis ſiniſtra ſunt, ea ſuperis dextrâ demitti creduntur. Vide Æn. 2. v. 692. 53 Vel Oſcines. i. aves voce augurium dantes, vel præpetes i. aves volatu augurium dantes. Captabantur enim auſpicia duobus modis, aut volatu, aut garritu: quarum quædam *oſcines*, quædam *præpetes* dicebantur. 54 Obſervatæ captato augurio, vel ex voce illius, vel ex volatu. 55 Ratio eorum, quæ videbam in te, eſt conjectura de te & augurium. 56 Hac conjecturâ de te prædixi virtutes tuas. 57 Abſtuli, conſecutus ſum.

58 *Quæ*

58 Conjectura de te.
59 Gaudeo fe icitate tua.
60 Apparuiſſe.
61 At utinam noſtrum ingenium, Poëticæ artis peritum, fuiſſet obſcurum, ut nunquam carmina compoſuiſſem.

58 *Quæ quoniam vera eſt, totâ mihi mente, tibique*
59 *Gratulor, ingenium* 60 *non latuiſſe tuum.*
61 *At noſtrum tenebris utinam latuiſſet in imis!* 55
62 *Expediit ſtudiis* 63 *lumen abeſſe meis,*
Utque tibi proſunt 64 *artes, facunde,* 64 *ſeveræ;*
65 *Diſſimiles illis ſic nocuêre mihi.*
Vita tamen tibi nota mea eſt: ſcis 66 *artibus illis*
67 *Auctoris mores abſtinuiſſe ſui.* 60
Scis 68 *vetus hoc juveni luſum mihi carmen, & iſtos*
Ut non 69 *laudandos, ſic tamen eſſe* 70 *jocos.*
Ergo ut defendi nullo mea poſſe 71 *colore,*
72 *Sic excuſari* 73 *crimina poſſe puto.*
74 *Quâ potes, excuſa, nec amici deſere cauſam:* 65
75 *Quo pede cœpiſti, ſic benè ſemper eas.*

62 Utile fuiſſet. Ter. *Vobis* expedit *eſſe bonas.* 63 Famam & gloriam. 64 Philoſophia, vel ingenuæ artes & ſtudia eloquentiæ, quæ graviora ſunt arte Poëticâ, in quâ ineſt major voluptas. 65 Facies artes. ſc. Poëtis, quæ non eſt ars ſevera. 66 Amatoriis. i. libris de Arte amandi. 67 Me non fuiſſe talem, qualia ſcripta mea. Eodem modo excuſat ſe. l. 2. *Crede mihi, diſtant mores à carmine noſtro: Vita verecunda eſt, Musa joco ſa mea.* Sic & Catul. *Nam caſtum decet eſſe pium Poëtam ipſum, verſiculos nihil neceſſe eſt.* 68 Dudum à me conſcriptum. Deſignat ſe juvenem amatoria ſcripſiſſe joco magis, quam ſerio. 69 Fronti ſeveræ. 70 Non ſcelera. 71 Prætextu, ſpecie, eloquentiâ. 72 Non tamen neceſſe eſt me ob illa ita puniri. 73 Quorum causâ in exilium miſſus ſum. 74 In quantum. 75 Ut cœpiſti, ſic perge.

ELEGIA IX.

1 Habeo ego navem. Laudat navem Ovidius, quam in una Corinthiace accepit, & recitat ejus commoda. Deinde inter-

1 *Eſt mihi, ſitque precor,* 2 *flavæ* 3 *tutela Minervæ*
Navis, & 4 *à pictâ caſſide nomen* 5 *habet.*
Sive opus eſt velis; 6 *minimam benè currit ad aurem:*
Sive opus eſt remo; 7 *remige carpit iter.*
Nec 8 *comites volucri contenta eſt vincere curſu:* 5
9 *Occupat egreſſas* 10 *quamlibet ante rates.*
Et 11 *patitur fluctus, ferique oſſilientia* 12 *longè*
Æquora, nec ſævis victa 13 *madeſcit aquis.*

poſitâ quâdam precatione, ad Deos pro felici navigatione ex Corintho in exilii locum, deſcribit reliquam ſuam profectionem. 2 Sive à navis capitis, ſive à glaucis oculis. 3 Minervæ ſimulacrum navis inſigne & tutela. Solebant enim in navibus Dii pingi, ut Minerva, Apollo, & alii, in quorum tutelâ navem eſſe volebant. 4 A galeâ Minervæ pictâ in puppi. 5 Navis. 6 Flaccidis velis ob exiguum ventum, celeriter tamen navigat. 7 Et remigio apta eſt. 8 Naves, quæ prope eam ſunt. 9 Prævertit, ſuperat curſu etiam longè ante egreſſas naves. 10 Al. *quâlibet arte*, i. vel remo, vel velo. 11 Reſiſtit fluctibus. 12 Longo tempore. 13 Rimas agens interius madeſcit.

Illa 14 *Corinthiacis primùm mihi cognita* 15 *Cenchreis,*
16 *Fida manet trepidæ duxque comesque fugæ.* 10
Perque 17 *tot eventus,* 18 *& iniquis concita ventis*
Æquora, 19 *Palladio numine tuta fugit.*
Nunc quoque tuta precor vasti secet 20 *ostia Ponti,*
Quasque petit, 21 *Getici littoris intret aquas.*
22 *Quæ* 23 *simul* 24 *Æoliæ* 25 *mare me deduxit in Helles,* 15
26 *Et longum* 27 *tenui limite fecit iter;*
28 *Flexímus in lævum cursus, & ab Hectoris urbe*
Venimus in portus, Imbria terra, tuos.
Inde 30 *levi vento* 31 *Zerinthia littora nactis,*
32 *Threïciam tetigit* 33 *fessa carina* 32 *Samon.* 20
34 *Saltus ab hac terrâ brevis est* 35 *Abdera petens:*
36 *Hac* 37 *dominum* 36 *tenus est* 38 *illa secuta suum.*
39 *Nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos;*
40 *Hellespontiacas illa* 41 *reliquit aquas:*
42 *Dardaniamque* 43 *petit* 44 *auctoris nomen habentem,* 25
45 *Et te* 46 *ruricolâ Lampsace tuta Deo.*
47 *Quáque per* 48 *augustus* 49 *malè vectæ virginis undas*
Sestion Abydenâ separat urbe fretum.

14 Cùm apud Cenchreas, extremitatem sinus Corinthiaci essem, primò eam cognovi.
15 Al. *terris.*
16 Fideliter me & tutò vehit, & comitatur.
17 Varios casus.
18 Et per maria fluctibus sævitiâ ventorum adversorum concitatis tumida. i. per atroces tempestates.
19 Auxilio Minervæ, sub cujus tutelâ est. 20 Ingressus Ponti Euxini. 21 Pontum alluentem Getas. 22 Navis mea. 23 Simulac. 24 Ab *Æolo* avo, patre Athamantis. 25 In Hellespontum, ab *Helle*, nepte Æoli, Athamantis regis & Nepheles filiâ, quæ in illud cecidit appellatum. 25 Et postquam Hellesponti longitudinem superavimus, *vel*, cursum ex Cenchreis usque in Hellespontum. 27 Angusto & non apparenti sulco & viâ: aut propter aquam, quæ tenuis est. 28 Ex Hellesponto in Propontidis sinistram partem navigationem flexímus. 29 Trojæ. Al. *Herculis urbe.* i. Heracleæ. 30 Leni. 31 Thraciæ littora, à *Zerintho*, urbe Thraciæ. 32 Samothracium insulam in mari Ægæo Thraciæ adjacentem. 33 Cùm nos fessi essemus. 34 Trajectio. 35 Urbem Thraciæ, è regione Samothraciæ sitam. 36 Hactenùs, usque in Samothraciam. 37 Me. Q. d. ego terram ingressus dereliqui tum navem. 38 Navis, in quâ ego eram. 39 Nam visum est mihi pedibus iter facere per Thraciam. 40 Eam maris partem, quæ citra fauces est. 41 Al. *relegit.* i. illa navis repetivit aquas, transeundo in dextrum latus, & petendo Dardaniam in ipsis faucibus sitam. 42 Urbem in littore Hellesponti sitam. 43 Petiit. 44 Nomen Dardani, Jovis filii, qui eam condidit. 45 O incola Lampsaci. Q. d. Lampsacum etiam pervenit ab urbe Dardaniâ. 46 Priapo, qui vir fuit ex Lampsaco urbe Hellesponti, hortorum Deo, quique in hortis colitur. 47 Hellespontum, cui Helle virgo nomen imposuit. 48 Illic enim Asiæ & Europæ distantia septem stadiorum est. 49 Helles quæ non pervecta fuit trans Hellespontum. 50 In Europâ enim Sestos urbs, in Asiâ Abydos fuit. In medio utriusque urbis Hellespontus fuit.

Indè Propontiacis hærentem 51 *Cyzicon oris,*
Cyzicon 52 *Æmoniæ nobile gentis opus :*
53 *Quàque ierint Ponti Byzantia littora* 54 *fauces,*
Hic locus est 55 *gemini janua vasta maris.*
56 *Hæc, precor, evincat, propulsaque* 57 *fortibus Austris*
Transeat 58 *instabiles strenua Cyaneas,*
59 *Thynniacosque sinus, & ab his per* 60 *Apollinis urbem*
Alta sub 61 *Anchiali mœnia* 62 *findat iter.*
63 *Indè Mesembriacos portus, &* 64 *Odessον, & arces :*
Prætereat 65 *dictas nomine, Bacche, tuo :*
66 *Et quos Alcathoi memorant à mœnibus ortos,*
67 *Sedibus his profugos constituisse* 68 *Lares.*
A quibus adveniat 69 *Miletida* 70 *sospes ad urbem,*
Offensi quò me compulit ira 71 *Dei.*
72 *Hæc si contigerint, meritæ* 73 *cadet agna Minervæ :*
74 *Non facit ad nostras hostia major opes.*
Vos quoque 75 *Tyndaridæ, quos hæc colit* 76 *insula, fratres,*

51 Urbem juxta Propontidem sitam in Asia: quæ (ut Florus scribit, 3. 15.) fuit *nobilis civitas arce, mœnibus, portu, turribusque marmoreis, Asiaticæ plagæ littora illustravit.* Lege Plin. 5. 32. & 36, 15. Tac. 4. 69, 3.

52 Thessaliæ. i. Thessalorum opus, quod pater Cyzici Æneus Thessalus natione fuit.

53 A Cyzico veni ad Bosphorum Thracium, faucium instar coarctatum, in littore occidentali habentem Byzantium sive Constantinopolin. 54 Introitus. 55 Propontidis & maris Euxini : inter quæ maria sunt fauces, quæ *Thracius Bosphorus* appellantur. 56 Precor, ut hæc mea navis propulsa ventis separet hæc loca, & feliciter transeat Cyaneas insulas. 57 Al. *flantibus :* nam Pontum ingredientibus savet Auster, egredientibus ve ò Aquilo. 58 Fluctitantes & inter se concurrentes, jamque hic jamque illic apparentes : erant autem loca illa vadosa, ut reciproco æstu maris jam tecta essent, jam plura apparerent, 59 *Thynnias* oppidum fuit ad sinistram Ponti inter Cyaneas & Apolloniam. 60 Apollonium, Africæ urbem, in littore Getico sitam. 61 *Anchialos* castellum fuit ab Apolloniatis conditum. Fuit autem in orâ Getici littoris. 62 Findat navis mea mare. 63 Ab Anchialo navis mea transeat in pontum Mesembriacum. *Mesembri* enim Megarensium fuit colonia. 64 Milesiorum coloniam. 65 Dionysiopolin. 66 Et transeat populos sitos sub mœnibus Alcathoæ, arcis Megarensium, ab *Alcathoo*, Pelopis filio dictæ. 67 Hoc loco. 68 Domicilia Lares continentia. 69 Tomon, locum exilii Ovidiani. Ex hoc carmine liquet, Ovidium hanc suam navem rursus conscendisse. Quorsum enim optaret, ut sospes Tomos contingeret ? 70 Salvus. 71 Augusti. Si illud evenerit, Minervæ, quæ ob beneficia id merita fuit, agnam immolabo. 73 Immolabitur, mactabitur. Virg. 1. Æn. *Multa tibi antè aras nostra cadet hostia dextrâ.* 74 Vacca quidem Minervæ immolari solita fuit. Met. 4. *Ara Jovis media est, mactatur vacca Minervæ, Alipedi vitulus, taurus tibi summe Deorum.* Et Met. 12. *Festa dies aderat, quâ Cycni victor Achilles Palladia mactat placabat sanguine* vaccæ : ideòque Poëta se ipsum corrigens, subdit non esse vitium atque opum suarum, eam pecuniæ vim, quâ vacca ematur, posse solvere, quandoquidem jam exulabat. 75 Castor & Pollux, nepotes Tyndari, à nautis invocari soliti. 76 Samothracia.

Mite,

Mitte, precor, 77 *duplici numen adeste viæ.*
Altera namque parat 78 *Symplegadas ire per* 79 *altas :*
Scindere 80 *Bistonias* 81 *altera puppis aquas.*
Vos facite, ut ventos, loca cùm diversa petamus,
82 *Illa suos habeat, nec minùs ista suos.*

77 Utrique itineri, per mare, per terram. 78 Per quas Cyaneas insulas. 79 Al. *arctas*, i. modico intervallo inter se distantes. 80 Navis mea. Si de unâ navi intelligatur, Metaphoricè hæc accipi possunt, ut *puppis altera* pro cursu, serie, itinere terrestri ponatur. 81 Thraciam, à lacu *Bistonio* dictam. 82 Utraque navis propitium ventum habeat, licet non eundem cursum teneant.

ELEGIA X.

1 *Littera quæcunque est* 2 *toto tibi lecta* 2 *libello,*
Est mihi 3 *sollicitæ tempore* 4 *facta viæ.*
Aut 6 *hæc me, gelido* 7 *tremerem cùm mense Decembri,*
Scribentem mediis 8 *Adria vidit aquis :*
Aut, postquam 9 *bimarem cursu superavimus* 10 *Isthmon,*
11 *Alteraque est nostræ sumpta* 11 *carina* 12 *fugæ.*
Quòd facerem versus inter 13 *fera murmura Ponti,*
14 *Cycladas Ægeas obstupuisse puto.*
Ipse ego nunc miror, tantis animique marisque
15 *Fluctibus, ingenium non* 16 *cecidisse meum.*
Seu 17 *stupor huic* 18 *studio, sive est insania nomen :*
19 *Omnis ab hac curâ mens relevata mea est.*
Sæpè ego 20 *nimbosis dubius jactabar ab Hœdis :*
Sæpè minax 21 *Steropes sidere Pontus erat,*

1 Quodcunque carmen. Excusat se Ovidius, si quid fortè in eius carmine minùs elegans fuerit : culpamque huius rei omnem rejicit in tempestatem & fluctus, quibus itrepentibus, se hæc scripsisse narrat. 2 Toto hoc primo Tristium libro. 3 Sollicitudinis plenæ, non quietæ. 4 Compositæ. 5 Quâ Româ Tomon navigavi. 6 Litterarum. Al. *hanc*, sc. *litteram*. 7 Frigerem. 8 Mare Adriaticum, hodie *Golfo di Venetia* : ita appellatum ab *Adriâ* urbe Illyrico nari proximâ. 9 Angustiam illam terræ, quâ Peloponnesus jungitur continenti, quæ utrimque mari Ægæo & Jonio alluitur. 10 Trajecimus. 11 Nova navis. 12 Mihi in exsilium proficiscenti. 13 Tempestates. 14 Insulas in mari Ægæo duodecim, *in cyclon.* i. in orbem circum Delum sitas. 15 Inconstantiâ. 16 Exstinctum esse. 17 Alienatio sensuum. Q. d. Sive Poëtis stupidos homines facit, ut non sentiant occurrentia, sive insanos : certè mens est alienata & stupet, ut nihil nisi hoc curem. 18 Poëtico. 19 Litteræ enim solatio sunt in adversis. 20 Nimbos & pluvias procreantibus : hi enim in ortu & occasu tempestatem pluviamque gignunt. 21 Pleiadibus. Fuit autem *Sterope* una ex septem Pleiadibus, quæ fuêre filiæ Pleionis & Atlantis.

22 Obducto cœlo nubibus nigrescebant omnia.
23 Arctophylax.
24 Stellas in fronte tauri, à *pluendo* dictas: *ver* enim est *pluere*.
25 In navi aqua erat.
26 Præmetu.
27 Funes navis extensi.
28 Et undæ atrolluntur ut tumuli, facientes concavos hiatus.
29 Supplex Deos orans.
30 Non niemor, opem ab arte petendam esse.
31 Nescio an vitam sperare ausim, & precari debeam, an mortem timere.

22 *Fuscabatque diem* 23 *custos Erymanthidos Ursæ*,
Aut Hyadas sævis auxerat Auster aquis.
Sæpè 25 *maris pars intus erat: tamen ipse* 26 *trementi*
Carmina ducebam qualiacunque manu.
Nunc quoque 27 *contenti stridunt Aquilone* 27 *rudentes*,
28 *Inque modum tumuli concava surgit aqua.* 20
Ipse gubernator 29 *tollens ad sidera palmas*,
Exposcit votis, 30 *immemor artis*, *opem.*
Quocunque aspexi, nihil est nisi mortis imago:
31 *Quam dubiâ timeo mente, timensque precor.*
32 *Antigeri portum*, 33 *portu terrebor ab ipso:* 25
Plus habet infestâ 34 *terra timoris aquâ.*
Nam 35 *simul infidiis hominum pelagique laboro*,
Et faciunt geminos ensis & unda metus.
36 *Ille meo*, *vereor*, *ne speret* 37 *sanguine prædam:*
38 *Hæc* 39 *titulum nostræ mortis habere velit.* 30
40 *Barbara pars læva est avidæ* 41 *substructa rapinæ*,
Quam cruor & cædes, *bellaque semper habent.*
Cumque sit hybernis agitatum fluctibus 42 *æquor*,
Pectora sunt ipso 43 *turbidiora mari.*
Quò magis his debes ignoscere 44 *candide lector*, 35
45 *Si spe sint*, *ut sunt*, *inferiora tuâ.*
Non hæc in nostris, *ut quondam*, *scribimus hortis:*
Nec consuete meum lectule corpus habes.
Factor in indomito 45 *brumali luce* 46 *profundo:*
Ipsaque cærulei charta 47 *feritur aquis* 40
Improba pugnat hyems, 48 *indignaturque*, *quòd ausim*
Scribere, *se* 49 *rigidas incutiente* 50 *minas.*
50 *Vincat hyems hominem:* 51 *sed eodem tempore quæso*,
Ipse 52 *modum statuam carminis*, 53 *illa sui.*

32 Si pervenero in portum aliquem littoris Thraciæ. 33 Fortè vadoso. 34 Utpote barbara, & peregrinos occidere solita. 35 Simul timeo maris procellas, & Thraciæ littoris insidias. 36 Ensis. i. interfector. 37 Meâ morte. 38 Unda. 39 Gloriam ex morte meâ. 40 Thracia ad lævam Ponti sita. 41 Structa ad rapinam. Al. *submissa*. i. dedita. 42 Pontus. 43 Inquietiora. 44 Sincere. 45 Si carmina non sint tam polita, ut speraveras, si exspectationi tuæ non respondeant. 45 Hybernis diebus. i. hyeme, cùm dies breviores, & tempestates graviores sunt. 46 Mari. 47 Conspergitur maris fluctibus, dùm hæc scribo. 48 Et ægrè ferre videtur. 49 Procellas asperas & naufragium facientes. 50 Cogit me hyems à scribendi operâ desistere. 51 sed hyemem precor, ut pariter desistamus. 52 Finem componendi carmina. 53 Illa hyems statuat modum sui. i. desinat sævire.

P. OVIDII NASONIS TRISTIUM

LIBER SECUNDUS.

AD AUGUSTUM CÆSAREM

(1 Una est Elegia hujus libri & scripta ad Augustum Cæsarem, quem precatur Ovidius, ut, si non reditum velit, mitius tamen ac tutius exilium concedat: dicitque se cantare, si

1 *QUid mihi vobiscum est, infelix cura, 2 libelli,*
3 Ingenio perii qui miser ipse meo?
Cur 4 modò damnatas repeto 5 mea crimina 4 Musas?
An semel est 6 pœnam commeruisse parum?
Carmina fecerunt, ut me cognoscere vellent
Omnia 7 non fausto 8 fœmina virque, mea.
9 Carmina fecerunt, ut me moresque 10 notaret
11 Jampridem invisâ Cæsar ab Arte meos.
12 Deme mihi studium, vitæ quoque crimina demes:
13 Acceptum refero versibus, 14 esse nocens.
Hoc 15 pretium curæ 16 vigilatorumque laborum
Cepimus: ingenio est pœna reperta meo.

fortè carmina, quæ illi antèa nocuêre, nunc possint salutem reddere: quemadmodum Achillis hasta, quæ Telephum & vulneravit, & sanavit. Prolixè ergo Poëta placare Cæsarem offensum conatur: enumeratque Poëta alios quamplurimos, qui nunquam ullâ clade affecti sunt, quamvis mordacia aut turpia poëmata ediderint. 2 O libelli, qui estis cura quæ me infelicem fecit, cur vos iterum tracto? Apostrophe est ad libellos. 3 Nam propter præcepta artis amatoriæ in exilium sum missus. 4 Carmina mea, quorum autores Musæ sunt, paulò antè ab Augusto & ideò à me damnata. Metonymia efficientis. 5 Quæ mihi criminis loco fuêre. 6 In exilium missum esse. 7 Quod mihi infeliciter cessit. 8 Nam docui & viros & fœminas amare, in libris de Arte amandi. 9 Duas ob causas Augustum odiosum sibi reddidit Poëta; altera, quòd lib. os de Arte amandi edidit; altera, quòd eum in re turpi atque obscœnâ insciùs deprehendit. Undè l. 4. Trist. El. 4. *Inscia quòd crimen viderunt lumina, plector: Peccatumque oculos est habuisse meum.* 10 Notam & stigma inureret; *vel*, discereret, nosceret. 11 Ab arte amandi, quam jam dudùm, cùm adolescens essem, odio habuit. 12 Adime mihi lasciviam scriptorum meorum, nullum crimen morum in me hærebit. Idem etiam Mart. *Lascivia est nobis pagina, vita proba.* 13 Fateor me à versibus accepisse, imputo versibus. Nam *refero acceptum* idem est quod fateor me accepisse. Per similitudinem significat, fateri nos aliquod beneficium ab altero accepisse. Cic. *Vitam* acceptam refert *clementiæ tuæ*. 14 Me esse nocentem. i. obnoxium culpæ. Græcismus est vel Antiptosis. Sic. Lucan. l. 9. *Iturumque putavit*, jam bonus esse socer. i. jam bonum esse socerum. Et Catul. *Phaselus ille, quem videtis hospites, Ait fuisse navium* celerrimus. 15 Præmium: quòd sc. pœnam ingenio meo reperi. 16 Versuum vigilando & laborando compositorum.

Si Saperem, [17] *doctas odiſſem jure* [17] *ſorores,*
Numina [18] *cultori perniciоſa ſuo.*
At nunc (tanta meo comes eſt inſania [19] *morbo)*
Saxa [20] *meum refero rurſus ad* [21] *ictа pedem.*
Scilicet ut victus repetit [22] *gladiator* [23] *arenam,*
Et redit in [24] *tumidas* [25] *naufraga puppis aquas,*
Forſitan, ut quondam [26] *Teuthrantia regna tenenti,*
Sic mihi [27] *res eadem vulnus opemque ferat:*
Muſaque quæ [28]*novit, motam quoque leniet* [28] *iram:*
Exorant magnos carmina ſæpè Deos.
Ipſe quoque [29] *Auſonias Cæſar* [29] *matreſque nuruſque*
Carmina [30] *turrigeræ dicere juſſit* [31] *Opi.*
Juſſerat & Phœbo [32] *dici* [3] *quo tempore* [32] *ludos*
Fecit, quos ætas aſpicit una ſemel.
His precor [34] *exemplis tua nunc, mitiſſime Cæſar,*
Fiat [35] *ab ingenio mollior ira meo.*
[36] *Ira quidem juſta eſt: nec me* [37] *meruiſſe negabo:*
[38] *Non adeò noſtro fugit ab ore pudor.*
Sed, niſi peccaſſem, quid tu [39] *concedere poſſes?*
[40] *Materiam veniæ ſors tibi noſtra dedit,*
Si, quotiens peccant homines, ſua fulmina mittat

17 Muſas. Jovis & Mnemoſynes filias, quæ novem ſorores fingunrur, quarum nomina hæc ſunt Clio, Euterpe, Thalia, Melpomene, Terpſichore, Erato, Polymnia, Urania, Calliope. Hiſce nomina proprio cuique munere indita fuerunt. 18 Mihi Ovidio, qui eas colui ac ſectatus ſum. 19 Poëſi, quæ nocuit mihi. 20 Al. *memor* i. ſciens volenſque repeto, quæ nocuêre mihi. 21 Pede percuſſa: vel *icta*, i. ictus. 22 Qui gladiis pugnat. *Gladiatores* dicuntur generaliter omnes, qui gladiis pugnant, etiam diſcendi gratiâ, antequàm in ludum producantur. 23 Locum, in quo pugnavit. Interdum enim *Arena* ponitur pro loco, in quo pugnabant gladiatores, quòd locus ille *arena* ſoleret eſſe conſperſus, ne vel pugnantes fœdarentur cruore occiſorum, vel cruor ſparſus ſpectantibus eſſet horrori. præſertim in gladiatorum dimicatione. Hinc, *in arenam deſcendere*, Belgis *Campen.* Hinc *Arenarii* dicti ſunt gladiatores. 24 Procelloſas. 25 Navis quæ naufragium fecit. 26 Telepho regenti regna Myſiæ, quæ tenuit rex Teuthrantus: qui virili ſtirpe carens, Argiopen filiam Telepho deſpondit, eumque reliquit regni ſucceſſorem. 27 Eadem carmina mea, ſive idem Auguſtus. 28 Iraſci fecit Auguſtum. 29 Latinas fœminas. 30 Coronam turritam gerenti. *Ops* enim eſt terra, cui ſuppoſitæ ſunt civitates, quas inſignitas turribus conſtat. 31 Filiæ Cœli ex Veſtâ, uxore Saturni: quæ *Ops* dicta putatur, quòd terræ *ope* vita hominum ſuſtentetur. Hujus Deæ ædes in Capitolio fuit. Huic autem Deæ ſacrificari, & carmina cantari à matronis juſſit Auguſtus, ut Dea redderet mortalibus vitæ alimenta. Sub eo enim famem ſitimque in Italiâ fuiſſe Plinius auctor eſt. 32 Carmina. 33 Ludos ſæculares inſtituit, qui fiebant poſt centum annos: quia ſæculum in centum annos extendi exiſtimabant. *Ludi* ſunt publica ſpectacula, quæ vel placandæ Deorum iræ, vel pro ſalute populi, vel gratiæ populi demerendæ causâ ſunt edita: & tum *Ludi* ferè in numero plurali uſurpantur. 34 Quæ ipſe dedidi. 35 Contra me virum ingenioſum, ad carmina ſcribenda aptum. i. mollеſcat tuus quoque animus carminibus meis, quæ nunc ad te ſupplex conſcribo, quandoquidem & Dii carmine leniuntur. 36 Ita. 37 Iram tuam & pœnam. 38 Non adeò impudens ſum. 39 Condonare. 40 Peccatum meum tibi factum eſt materia & occaſio exercendæ clementiæ.

Jupi-

Juppiter, exiguo tempore 41 *inermis erit.*
Nunc 42 *ubi detonuit, ſtrepituque exterruit orbem,*
43 *Purum diſcuſſis aëra reddit* 44 *aquis.*
Jure igitur genitorque Deûm 45 *rectorque vocatur:*
Jure capax mundus nil Jove 46 *majus habet.*
Tu quoque, cùm patriæ rector dicare, pateræque,
Utere more 47 *Dei* 49 *nomen habentis idem.*
49 *Idque facis: nec te quiſquam moderatiùs alter*
Imperii potuit 50 *fræna tenere ſui.*
51 *Tu veniam* 52 *Partho ſuperato ſæpè dediſti,*
53 *Non conceſſurus quam tibi victor erat.*
Divitiis etiam multos & honoribus auctos
Vidi, 54 qui tulerant in caput arma tuum:
55 *Quæque dies bellum, belli tibi ſuſtulit iram,*
56 *Parſque ſimul templis* 57 *utraque* 58 *dona tulit.*
Utque tuus gaudet miles, quòd vicerit hoſtem,
59 *Sic, cur ſe victum gaudeat, hoſtis habet.*
60 *Cauſa mea eſt* 61 *melior, qui nec* 62 *contraria dicor*
62 *Arma, nec hoſtiles eſſe ſecutus* 63 *opes.*
Per mare, per terras, 64 *tertia numina juro,*
Per te præſentem conſpicuumque Deum,
Hunc animum faviſſe tibi, Vir maxime, neque,
65 *Quâ ſolâ potui, mente* 66 *fuiſſe tuum.*
Optavi 67 *peteres cœleſtia ſidera tarde,*
Parſque fui turbæ 68 *parva precantis idem.*

41 Poſtquam omnia fulmina conſumpſerit. 42 Poſtquam Juppiter tonare deſiit. 43 Poſt pluviam ſolet Juppiter ſerenitatem terris inducere. 44 Nubibus aquâ conſtantibus. 45 Quia triſtia lætis temperat. 46 Superius. 47 Jovis, poſt tonitrua ſerenitatem inducentis: ex quo latenter redi-

tum precatur. 48 Patris. Al. *numen.* i. eandem divinitatem: quam tu quoque habes. 49 Et tu moderatè regnas. 50 Moderamina. 51 Argumentatur à Majori ad Minus. 52 Parthis. i. Aſiæ populis, inſenſiſſimis Romanorum hoſtibus. 53 Quam veniam Parthi tibi non dediſſent, ſi te viciſſent. 54 Qui vitam tuam ſæpè inſidiis petiverant. 55 Eodem die, quo conjuratio in te patuit, conjuratis veniam placatus dediſti. 56 Conjurati templis Deorum dona obtu ere ob placatum Imperatorem; tu verò ob mortis periculum, quod evaſiſti. 57 Tam victrix, quàm victa. 58 Victimas & gratiarum actiones. 59 Sic hoſtis tuus cognoſcit ſe victum juſtâ de cauſâ, atque victoriâ tuâ tuam expertus eſt miſericordiam. 60 Q. d. Si hoſtibus ignoſcis, & mihi debes ignoſcere, qui minùs peccavi. 61 Quam hoſtium & conjuratorum. 62 Bella tibi adverſa. 63 Potentiam, imperium. 64 Cœlum. Sic l. 3. Amor. El. 8. *Quid tibi cum pelago? terrâ contenta fuiſſes: Cur non & cœlum,* tertia regna, *petis? Tertia* autem *numina* dixit, quia univerſus mundus tripartitò inter tres fratres diviſus eſt. Jovi ſorte obtigit cœlum, Neptuno mare, Plutoni terra. Undè illud: *Jupiter aſtra, freium Neptunus, Tartara Pluto, Regna paterna tenent tres tria, quiſque ſuum.* 65 Cùm corpore & armis non valerem. 66 Tibi deditum fuiſſe. 67 Serò morereris, & in cœlum ires. Hoc eſt quod ait Met. 15. *Tarda ſit illa dies, & noſtro ſerior ævo, Quâ caput Auguſtum, quem temperat, orbe relicto, Accedat cœlo.* Sic Horat. *Serus in cœlum redeas, diuque Lætus interſis populo Quirini.* 68 Non reputanda, cùm alii me majores eſſent.

Et pia thura dedi 69 *pro te : cumque omnibus unus*
Ipse quoque adjuvi 70 *publica vota mea.*
Quid referam 71 *libros, illos quoque* 72 *crimina nostra,*
Mille locis plenos nominis esse tui ?
Inspice 73 *majus opus, quod adhuc* 74 *sine fine reliqui,*
In non credendos corpora 75 *versa modos ;*
Invenies vestri 76 *præconia nominis illic :*
Invenies 77 *animi pignora multa mei.*
Non tua carminibus 78 *major fit gloria, nec* 79 *quo,*
Ut major fiat, crescere possit, habet.
Fama Jovi superest : tamen 81 *hunc sua facta referri,*
Et, se materiam carminis esse, 82 *juvat.*
Cumque 83 *Gigantei memorantur prælia belli,*
Credibile est lætum laudibus esse suis.
Te celebrant 84 *alii,* 85 *quanto decet ore, tuasque*
Ingenio laudes 86 *uberiore canunt.*
Sed tamen, 87 *ut fuso* 88 *taurorum sanguine centum,*
Sic 89 *capitur minimo thuris honore Deus.*
Ah ferus, & nobis 90 *nimium crudeliter hostis,*
91 *Delicias legit qui tibi cunque meas !*
Carmina ne nostris sic te venerantia libris
Judicio possint 92 *candidiore legi.*
Esse sed iratum quis te mihi posset 93 *amicus ?*
Vix tunc ipse mihi 94 *non inimicus eram.*
95 *Cum cœpit quassata domus subsidere, partes*
In proclinatas 96 *omne recumbit* 96 *onus :*

69 Pro tua incolumitate. 70 Cùm publicè pro salute principis vota & supplicationes indicta essent. 71 De Arte amandi. 72 Nostras criminationes, ut suprà : *Cur modò damnatus reperor, mea crimina, Musæ :* nam librorum de Arte amandi causâ me in exilium ejecisti. 73 Metamorphosin. 74 Imperfectum, Lib. I. v. 259.

75 Transformata. 76 Laudes tuas. Laudat enim in Metamorphosi, & potissimum l. 15. Fab. ult. Julium Cæsarem & Augustum. 77 Testimonia affectus erga te mei. 78 Cùm jam infinita sit. 79 Quâ ratione. 80 Jupiter ita est celebratus, ut de laudibus illi superstit populus, quàm desit. 81 Jovem. 82 Delectat. 83 Belli suscepti contra Gigantes, & præcipuè contra Titanum, ejusque filios, Titanus enim, Cœli filius, uxorem habuit Terram, ex quâ plures suscepit filios, cum quibus adversus Jovem, Deosque reliquos pugnavit, eique cœlum conantes eripere, montes montibus imposuêre : sed tandem à Diis cœsi & fulmine interfecti sunt. Lege Met. I. Fab. 5. 84 Virgilius imprimis. 85 Quantum tu ipse meritus es, *vel*, quanto dignum est verborum pondere & magnificentiâ. 86 Abundantiore, majore. 87 In sacrificiis effuso. 88 Hecatomben intelligit : erat enim sacrificium centum boûm, à numero victimarum dictum : ἑκατὸν enim *centum* significat, βοῦς *bos*. 89 Delectatur. 90 Crudelissimus. 91 Quicunque libros Amorum, vel amatoria mea præcepta tibi prælegit. 92 Defœcato ab omnibus præjudiciis. 93 Quia omnes facta tua laudant. 94 Amicus. 95 Hac similitudine declarat, quantopere, offenso Augusto, omnes offenderit, & commune odium scriptis suis invenerit. Similitudo sumta est à domo, terræ motu, vel alio casu concussâ, quâ enim ea subsidet & pendet, in eam partem totum onus inclinatur. Per *quassatam domum* se ipsum designat. 96 Tota moles domus. Intelligit odium cunctorum, quod contraxit carminis lasciviâ.

97 *Cuncta-*

97 *Cunctaque* 98 *fortunâ rimam faciente debiscunt :*
Ipsa suo 1 *quædam pondere tracta ruunt.*
Ergo hominum quæsitum odium mihi carmine : 2 *quaque*
Debuit, est vultus turba secuta tuos.
At (memini) vitamque meam, moresque 3 *probabas*
Illo quem dederas, prætereuntis equo.
4 *Quod si non* 5 *prodest,* 6 *& honesti gloria nulla*
Redditur ; 7 *at nullum crimen adeptus eram.*
Nec male 8 *commissa est nobis* 9 *fortuna reorum,*
Lisque 10 *decem decies inspicienda viris.*
11 *Res quoque privatas statui sinè* 12 *crimine judex :*
13 *Deque meâ fassa est pars quoque victa fide.*
Me miserum potui, si non 14 *extrema nocerent,*
15 *Judicio* 16 *tutus* 17 *non semel esse tuo.*
18 *Ultima me perdunt : imoque sub æquore* 19 *mergit*
20 *Incolumem toties* 21 *una procella* 20 *ratem.*

97 Omnes domus partes aperiuntur. 98 Per hoc denotat Augusti potentiam. 99 Ordo est : *Ipsa.* i. ipsæ partes domus, *ruunt* i. cadunt *suo pondere* : per hoc Ovidii crimen intellige. 1 Quædam tracta. i. depressa cadunt : proprio pondere, nec possunt stare. Per hoc se odio etiam amicorum exsulare profitetur. 2 Quod debuit turba iram tuam approbavit. 3 Approbabas eo, quòd me, ut Censor, equo donaveras. i. cum me equitem fecisses, quibus solenne erat equo prætervehi à templo Martis ad ædem Castoris, in honorem apparitionis Castorum, ejusque victoriæ, quæ ad lacum Regillum parta est. Dionys. l. 6. 4 Me equitem esse. 5 Ad purgationem & testimonium integritatis meæ. 6 Et honesta mea facta non compensantur, & nullo beneficio abs te affectus fui ob vitam, aut equestrem dignitatem bene anteactam. 7 Saltem placet, quòd me nullo crimine notaveris. 8 Credita judicio meo : qui rectè judicavi. 9 Sors eorum, qui centumvirali judicio subjiciebantur. 10 A Centumviris. i. nec malè centumviratus mihi concreditus est. Nam his duobus verbibus designat Poëta se Centumvirum fuisse. In eo enim judicio causæ testamentariæ, & hæreditariæ, criminalesque etiam quæ ebuntur. *Centumviri* autem à numero virorum dicebantur. Nam cum Romæ essent quinque & triginta tribus, terni ex singulis tribubus eligebantur ad judicandum : & licet quinque supra centum fuerint, tamen ut facilius nominarentur, *centumviri* sunt dicti. Eorum verò judicium *centumvirale hasta* nominabatur : quòd positâ in suo foro hastâ, Centumviri judicabant. 11 Minores sive leviores causas, & privata judicia civis ad civem, personæ ad personam, utpote qui Triumvir fuerat. Publica enim judicia sunt, in quibus agitur de proditionibus in patriam, ambitu, & accusatione repetundarum. 12 Scelere, aut cujusquam criminatione. 13 Ordo est : *Et pars victa.* i. victi judicio meo, *fassa est quoque de fide mea.* i. meam in judicando fidem & integritatem prædicarunt. 14 Ultimum judicium de me tuum quo relegatus sum. 15 Quia me virum bonum esse judicabas. 16 Absolutus. 17 Sæpius : quia in multis casibus tibi justitia mea fuit cognita. 18 Ultimum de me judicium tuum : i. relegatio. 19 Obruit, opprimit. 20 Me vivum. 21 Unica atque extrema illa ira tua. Similitudo à navigantibus sumpta.

Nec

Nec mihi [22] *pars nocuit de gurgite parva : sed omnes*
Presſêre hos fluctus, Oceanuſque caput.
[23] *Cur aliquid vidi ? cur noxia lumina feci ?*
Cur [24] *imprudenti* [25] *cognita culpa mihi eſt ?*
[26] *Inſcius Actæon vidit ſinè veſte Dianam :* 105
Præda fuit canibus nec minùs ille ſuis.
[27] *Scilicet in ſuperis etiam fortuna luenda eſt,*
Nec veniam, læſo numine, caſus habet.
[28] *Illâ noſtra die, quâ me malus abſtulit error,*
Parva quidem periit, ſed ſine [29] *labe domus.* 110
Sic quoque parva tamen, [30] *patrio dicatur ut ævo*
Clara : nec [31] *ullius nobilitate minor.*
Et neque divitiis, nec paupertate [32] *notanda eſt :*
[33] *Unde* [34] *ſit in neutrum conſpiciendus eques.*
Sit quoque noſtra domus vel [35] *cenſu parva, vel*
[36] *ortu,* 115
[37] *Ingenio certè non latet illa meo.*
[38] *Quo videar quamvis* [39] *nimiùm juveniliter uſus :*
Grande tamen toto nomen ab ore fero.
Turbaque doctorum Naſonem novit, & audet
Non faſtiditis annumerare viris. 120

22 Nec parva maris pars. i. parva Auguſti indignatio, aut ſolus Auguſtus, ſed alii quoque ejus causâ me oppreſſerunt. Perſtat adhuc in ſimilitudine 23 Hic clare ſignificat Ovidius, quòd non tam propter opus de Arte amandi conſcriptum ſit relegatus, quàm quod viderit, & quidem caſu, quod Auguſtus voluerit eſſe occultiſſimum : ſunt qui putent eum vidiſſe Auguſti inceſtum cum filiâ Juliâ, de quo Suet. Calig. c. 23. 24 Mihi ignoranti & non inquirenti quæ ab Auguſto fierent. 25 Res, cujus cognitio mihi culpæ ducitur : *vel*, culpa non mea, ſed Cæſaris. 26 Ut Actæon vidit Dianam, non datâ operâ, & tamen punitus eſt ; ſic ego fortè aliquid vidi, cujus fero pœnam. Actæon, Ariſtri & Autonoës filius, longâ fatigatus venatione, ut æſtum vitaret, in vallem Gargaphien pervenit, ubi erat limpidiſſimus fons : in quo cùm fortè Dianam ſe lavantem offendiſſet, ab eâ mutatus eſt in cervum, ne rem cuiquam narrare poſſet, ac tandem etiam à canibus ſuis dilaceratus eſt. Ovid. Met. 3. Fab. 3. 27 Dii eos puniunt, qui etiam caſu contra eos peccant. Peccamus enim aut errore, aut ſcelere : errorem *fortunam* & *caſum* Ovidius appellat. *Fortuna* à *ferendo* dicta eſt, quòd temerè & ſinè ratione *feratur*. Eſt autem *fortuna* accidentium rerum ſubitus atque inopinatus eventus. Ariſtoteles diſtinguit inter *fortunam* & *caſum*, quòd *fortuna* ſit aſſignanda in rebus, quæ fiunt per deliberationem, ut eſt inventio theſauri à fodiente terram, *caſus* verò oriatur à rebus naturalibus, ſeu ab agente rationis & deliberationis experte : ut, cùm tegula, decidens tecto, prætereuntem vulnerat. 28 Illâ die periit noſtra domus, &c. 29 Culpâ, crimine. 30 A patrio ævo, i. ut patris mei temporibus celebris dici poſſit familia noſtra. 31 Domus. 32 Clara. 33 Ex quâ domo. 34 In neutram partem : ut aut nimis amplas poſſideas divitias, aut nimiæ paupertati obnoxia : ex quo indicat ſe mediocres divitias poſſediſſe. 35 Fortunis. Equeſtris cenſus erat quadringenta ſeſtertia. 36 Origine. 37 Q. d. Etſi à Regibus, Conſulibus, aut ſimilis fortunæ parentibus originem non traho, nec divitiis maximis abundo, tamen eſt mihi Poëticum ingenium, quod per totum orbem celebratur. 38 Ingenio. 39 Quòd ſcribendo juvenilia & amatoria Auguſtum offendi.

Cor-

Corruit hæc igitur Musis 40 *accepta*, 41 *sub uno*,
Sed non exiguo crimine lapsa domus.
Atque ea sic lapsa est, ut surgere, si modò læsi
42 *Ematuruerit Cæsaris ira, queat.*
43 *Cujus* 44 *in eventu pœnæ clementia tanta est,*
Ut fuerit 45 *nostro lenior ira metu.*
Vita data est, 46 *citraque necem tua constitit ira,*
O Princeps parcè viribus use tuis.
Insuper accedunt, te non adimente, paternæ,
(Tanquam vita parum muneris esset) 47 *opes.*
Nec mea decreto damnasti facta Senatus,
Nec mea 48 *selecto judice jussa fuga est.*
49 *Tristibus invectus verbis (ita Principe dignum)*
Ultus es 50 *offensas, ut decet, ipse tuas.*
Adde, quòd edictum quamvis immite, minaxque,
Attamen in pœnæ 51 *nomine lene fuit.*
Quippe 52 *relegatus, non exul dicor in illo,*
53 *Parceque fortunæ sunt ibi verba meæ.*
Nulla quidem sano gravior 54 *mentisque potenti*
Pœna est, quàm 55 *tanto displicuisse viro.*
Sed solet interdùm fieri placabile numen:
56 *Nube solet pulsâ* 57 *candidus ire dies.*
58 *Vidi ego pampineis oneratam vitibus ulmum,*
Quæ fuerat sævo fulmine tacta Jovis.
Ille licet sperare vetes, sperabimus: atque
59 *Hoc unum fieri, te prohibente, potest:*
Spes mihi magna subit, cùm 60 *te,* 61 *mitissime Cæsar,*
Spes mihi, respicio cùm mea 62 *facta, cadit.*

40 Grata.
41 Sub unâ criminatione, sed non parvâ: Cæsarem offenderam.
42 Matura facta fuerit, & lenita.
43 Augusti.
44 Quæ cum evenit, & executioni mandata est, tam clementer tractata fuit.
45 Quàm timebam. i. ut graviorem pœnam metuerem.
46 Sinè nece, & animadversione in vitam & fortunas.
47 Patrimonium mihi à patre relictum,

mihi permittitur. 48 Al. *secreto*. i. à judice, cui secreto damnationem meam injungere potuisses. 49 Tristitiam significantibus, quòd ea commisissem, quibus pœna luenda esset. 50 Crimina, quæ te offenderant. 51 Inscriptione & titulo. 52 *Relegare* est, in insulam aliquam, vel in alium locum mittere. Differtque *exilium à relegatione*, quòd *exilium* sit perpetuum, *relegatio* fiat ad tempus. 53 Et decretum tuum de infelicitate meâ paucis ibi exponitur. 54 Generosæ & sanæ menti. 55 Augusto. 56 Depulsâ irâ, lenitas redire solet. Metaphora. Sic Tib. *Venit post multos una serena dies.* 57 Serenus. 58 Maximus ulmorum decor vites erant, quæ iis addebantur, ne pronæ jacerent atque maximum infortunium portendebant, si quid fulmine tactum erat. Dicit ergo, vidi quæ anteà irâ Deorum tacta erant, omnibus modis restituta. 59 Sperandò in tuam clementiam te non lædimus. 60 Sc. *respicio*. 61 Quippe qui omnibus ignoscere soleas. 62 Quia pœnam meritus sum.

Ac veluti ventis 63 *agitantibus æquora*, 64 *non eſt*
Æqualis rabies continuuſque furor;
Sed modò 65 *ſubſidunt, intermiſſique ſileſcunt*,
66 *Vimque putes illos depoſuiſſe ſuam*;
Sic abeunt, redeuntque mei, 67 *varianique timores*,
68 *Et ſpem placandi dantque negantque tui.*
69 *Per Superos igitur, qui dant tibi* 70 *longa, dabuntque*
Tempora, 71 *Romanum ſi modò nomen amant*;
Per patriam, quæ te 72 *tuta & ſecura parente eſt*;
Cujus & in 73 *populo pars ego nuper eram*:
Sic tibi, quem ſemper factis animoque mereris,
74 *Reddatur* 75 *gratæ debitus* 75 *urbis honor*:
76 *Livia ſic tecum* 77 *ſociales impleat annos*,
Quæ, niſi te, nullo conjuge digna fuit.
78 *Quæ ſi non eſſet*, 79 *cælebs te vita deceret*,
Nullaque, cui poſſes eſſe maritus, erat.
80 *Soſpite ſic te ſit* 81 *natus quoque ſoſpes, & olim*
82 *Imperium regat hoc cum ſeniore ſenex*:
83 *Ut faciantque tui ſidus juvenile nepotes*,
Per tua, per que tui facta parentis eant.
Sic aſſuet a tuis ſemper 84 *Victoria caſtris*,
Nunc quoque ſe præſtet, 85 *notaque ſigna petat.*
86 *Auſoniumque Ducem ſolitis circumvolet alis*,

63 Commoventibus.
64 Non ſemper eadem tempeſtatis vis eſt.
65 Tranquilli ſunt.
66 Furorem tempeſtatis.
67 Nunc enim hoc nunc illud timeo.
68 Nunc ſpero, nunc deſpero.
69 Sc. *oro*; aut hæc verba cohærent cum verbo *Reddatur*, & ſimilibus, quæ ſequuntur. Precatur autem Poëta Auguſto perpetuum

ſucceſſum & felicitatem in honore, & in matrimonio. 70 Annos circiter ſeptuaginta. 71 Imperium Romanum. 72 Sub Auguſto enim pax erat, & templum Jani clauſum. Faſt. 1. v. 43. 73 Romano. 74 Colat te urbs Romana honore, quem mereris factis & ſapientiâ tuâ, atque ita rectori optimo gratam ſeſe demonſtret. 75 Romæ tibi gratæ. 76 Liviam Druſillam intelligit, quam Auguſtus, repudiatâ Scribonià, duxit uxorem. 77 Conjugales. 78 Niſi Livia exiſteret, nulla uxor te digna eſſet, ita ut cælebs manere debuiſſes. 79 Sinè uxore. 80 Incolumi. 81 Tiberius, quem in filium Auguſtus adoptavit. 82 Ut ille ſenex te ſeniorem ſuſtentet in imperio. 83 Ordo eſt: *Et tui nepotes*: ſc. Drulus & Germanicus (nam Cajus & Lucius Cæſares erant mortui. Agrippa exul) *ſidus juvenile*. i. inſiſtant tuis & Julii Cæſaris veſtigiis, & vetera facta imitentur. 84 Victoria Dea ſemper in caſtris tuis ſit. Hæc depingebatur virginis alatæ habitu, vultu liberali & blando, capite lauro coronato, manu dexterâ protensâ ramulum lauri oſtentante, humeris alatis: undè ab Horatio *velox* appellatur, propter alas, cum quibus pingi ſolebat: Ovid. Met. 8. *dinque Inter utrumque volat dubiis Victoria pennis*. Statuebatur illa in templis, in domibus privatis, in Circo, in Senatu, & in caſtris, ut ex hoc loco patet. 85 Addit tibi. 86 Romanum principem, vel Tiberium intelligit, vel Druſum, Auguſti privignos.

Ponat

Ponat & in nitidâ 86 *laurea ſerta comâ.*
87 *Per quem bella geris, cujus nunc corpore pugnas,*
88 *Auſpicium cui das grande, Deoſque tuos:*
89 *Dimidioque tui præſens es, & aſpicis urbem:*
Dimidio procul es, ſævaque bella geris.
90 *Hic tibi ſic redeat ſuperato victor ab hoſte,*
Inque 91 *coronatis fulgeat alius equis:*
92 *Parce precor:* 93 *fulmenque tuum fera tela* 94 *reconde;*
Heu nimiùm miſero cognita tela mihi!
Parce Pater Patriæ: 95 *nec nominis immemor hujus*
96 *Olim placandi ſpem mihi tolle tui.*
Nec precor, ut redeam: quamvis majora petitis
Credibile eſt magnos ſæpe dediſſe Deos.
96 *Mitius exilium ſi das,* 97 *propiuſque rogantis*
Pars erit è pœnâ magna levata meâ.
98 *Ultima perpetior, medios* 99 *projectus in hoſtes:*
Nec quiſquam 1 *patriâ longiùs exul abeſt,*
Solus 2 *ad egreſſus miſſus ſeptemplicis Iſtri,*
3 *Parrhaſiæ gelido virginis* 4 *axe premor.*
5 *Jazyges, & 6 Colchi,* 7 *Metereaque turba,* 8 *Getæque,*

86 Victoriam, cujus ſignum laurus triumphantibus dabatur. Imperatores enim ac milites triumphantes laureati urbem ingrediebantur. 87 Cujus ductu, auſpiciis. Reſpicit ad Germanicam expeditionem quam Druſus, Tiberii frater, & Auguſti privignus ſuſcepit Auguſti auſpiciis. Flor. l. 4. c. 12. 88 Favorem Deorum tuorum. Veteres nihil ſine auſpiciis & auguriis inceptabant. Indè *bonis* vel *malis auſpiciis* quid geri, & *auſpicatò* vel *inauſpicatò*. i. feliciter vel infeliciter. Pugnavit itaque Druſus non ſuis, verum Auguſti auſpiciis. i. felicitate illius adjutus & faventibus Diis, qui faverent ipſi Cæſari. 89 Ipſe præſens es, & gubernas rem Romæ, & per legatos tuos procul bella geris. 90 Druſus. 91 Coronâ laureâ ornatis. i. triumphet. Equi verò, qui triumphalem currum trahebant, quatuor erant, iique albi. Undè alibi: *Ergo fuit illa dies quâ tu pulcherrime rerum, Quatuor in niveis aureus ibis equis.* 92 Petit iræ tantùm remiſſionem, & exilii mitigationem. 93 Iram tuam, quâ omnia proſternis, ut Jupiter fulmine. 94 Deſine mihi infenſus eſſe. 95 Senſus eſt: nec immemor. i. & memor hujus nominis, ut mitis, tanquam pater, eſſe debeas, nec tolle ſpem mihi olim tui placandi: ut particula negandi bis repetatur. 96 Poſthac, aliquando. 96 Ut Tomi non cogar exſulare. 97 Et ſi concedis mihi roganti locum exilii Româ propiorem. 98 Maxima, acerbiſſima mala. Sequitur exaggeratio malorum præſentis exilii: quod nemo alius magis procul ab Auguſto ſit relegatus, & inter barbariſſimos populos verſetur. 99 Miſſus. 1 Româ. Sic paulo poſt: *Ulterior nulli quàm mihi terra data eſt.* 2 Ad oſtia Iſtri fluvii, alias *Danubii* dicti, qui in Ponticum mare ſex fluminibus erumpit; ſeptimum enim paludibus hauritur. 3 Calliſtus eſt Arcadia: quæ in urſam mutata à Jove, in Septentrione collocata fuit. Vide Met. 2. Fab. 5. 6. Faſt. 2. 4 Polo Arctico. 5 Populi ſuêre Scytharum, qui campos & plana tenuerunt. 6 Populi fuere ad dexterum latus Ponti. Caucaſo monti adhærentes: qui Medeam fugientem perſecuti, cùm illam apprehendere non potuiſſent, circa Tomum conſederunt. 7 Meteream urbis, ſupra Thyram fluvium poſitæ, incolæ. 8 Populi in Scythia Europæâ, qui ad Pontum in orientem vergunt.

9 Distermi-nantibus urbem Tomon à nationibus supradictis.
10 Quin invadant nos.
11 Majori delicto à te relegati sint.
12 Ulteriùs in Septentrionem.
13 Fuêre enim urbes illæ in Septentrionali regione, ideòque inhabitabiles.
14 Et Mare congelatum.
15 Usque ad Danubium:

9 *Danubii mediis* 10 *vix prohibentur aquis,*
Cùmque alii 11 *causâ tibi sint graviore fugati:*
12 *Ulterior nulli, quàm mihi, terra data est.*
Longius hac nihil est, 13 *nisi tantum frigus & hostis:* 195
14 *Et maris astricto quæ cöit unda gelu.*
15 *Hactenùs* 16 *Euxini pars est* 17 *Romana sinistri:*
18 *Proxima* 19 *Basternæ,* 20 *Sauromataque tenent.*
21 *Hæc est Ausonio sub jure* 22 *novissima, vixque*
Hæret in imperii margine terra tui. 200
23 *Undè precor* 24 *suppl.x,* 25 *ut nos in tuta releges:*
26 *Ne sit cum patriâ pax quoque adempta mihi.*
Ne timeam gentes, quos 27 *non benè summovet Ister:*
Ne-ve 28 *tuus possim civis ab hoste capi.*
29 *Fas prohibet* 30 *Latio quemquam de sanguine natum* 205
31 *Cæsaribus salvis* 32 *barbara vincla pati.*
33 *Perdiderint cùm me duo crimina,* 34 *carmen, &*
35 *error;*
36 *Alterius facti culpa* 37 *silenda mihi est.*
38 *Nam tanti non sum, renovem ut* 39 *tua vulnera, Cæsar.*

quem dicit esse terminum Romani imperii. 16 Pontici maris: qui est à sinistrâ navigantibus ad Cimmerium Bosphorum. 17 Ditionis Romanæ. 18 Loca Istro vicina occupant. 19 Scythiæ populi, vel ad mare Septentrionale, vel ad Istrum flumen siti. 20 Populi Septentrionales, qui & *Sarmatæ* dicuntur: quorum alii Asiatici sunt, alii Europæi, Tanai fluvio discreti. 21 Hæc terra, ad quam relegatus sum, est extremus terrarum populi Romani terminus. 22 Ultima, *Novissima* enim idem est quod ultimus, postremus: quia, quæ recenter fiunt, ultimum locum habent. 23 Repetit petitionem, & addit causas, quæ sunt affines præcedenti exaggerationi exilii. 24 *Supplex* dicitur is, qui alteri demisse & humiliter supplicat, ad pedes ejus sese prosternens, aut genua flectens. 25 Ut exilio mihi des loca, ubi hostis non timetur. 26 Ne, amissâ patriâ, perdam etiam pacem. 27 Non tutò arcet. 28 Civis Romanus. 29 Æquitas non permittit vincire civem Romanum. 30 Romano. 31 Salvo imperio. 32 *Barbari* appellantur à Græcis omnes gentes exteræ: à Romanis vero omnes, si Græcos exceperis. Sed propriè *barbarus* est alicui, cujus linguam non intelligit. Undè infrà: *Barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli.* 33 Quandoquidem causa exilii mei fuerunt. Quæ sequuntur, sunt partim velut occupatio, partim repositio de sequente excusatione operis de Arte amandi. Poterat enim objici ad præcedens argumentum petitionis. Tecum res aliter sese habet, Augustum bifariam offendisti. Confitetur hoc Poëta, & de eo, quod viderit, nihil se ampliùs dicturum esse, ad alterum se responsurum scribit. 34 Præcepta amatoria. 35 Imprudentia ac casus. 36 Erroris. 37 Tacenda. 38 Nam restitutio mea tanti non est æstimanda. Plaut. *Plus in est testis oculatus unus, quam auritidecem.* 39 Tuos dolores.

Quem

Quem nimio plus est 40 *indoluisse semel.* 210
41 *Altera pars superest: quâ turpi* 42 *crimine, lecta,*
43 *Arguor obscœni doctor adulterii.*
Fas ergo est 44 *aliquâ* 45 *cœlestia pectora falli:*
Et sunt 46 *notitiâ multa minora tuâ.*
Vtique Deos, cœlumque simul sublime 47 *tuenti,* 215
Non vacat exiguis rebus adesse Jovi;
Ex te 48 *pendentem sic dùm circumspicis* 48 *orbem,*
49 *Effugiunt curas inferiora tuas.*
59 *Scilicet* 60 *imperii Princeps* 61 *statione relictâ,*
62 *Imparibus legeres carmina facta modis.* 220
Non 63 *ea te moles Romani nominis urget,*
Inque tuis humeris 64 *tam leve fertur onus:*
65 *Lusibus ut possis advertere numen* 65 *ineptis,*
66 *Excutiasque oculis otia nostra tuis*
Nunc tibi 67 *Pannonia est, nunc* 68 *Illyris ora demanda:* 225
69 *Rhætica nunc præbent,* 70 *Thraciaque arma metum.*
Nunc petit 71 *Armenius pacem: nunc* 72 *porrigit arcus* (manu.
73 *Parthus* 74 *eques, timidâ captaque* 75 *signa*

40 Semelne dolore affectum fuisse. 41 Restat, ut purgem me de carmine amatorio. 42 Crimine. 43 Accusor. 44 Aliquâ ratione & modo. 45 Tuum pectus, ô Auguste, qui inter cœlites referri dignus es, & referendus eris. 46 Non digna, ut á te cognoscantur. 47 Regenti. 48 Imperium terrarum in te inclinatum. 49 Tu non curas hæc minora orbe ipso & negas, ut fuêre mea carmina de Arte amatoriâ. quoniam mens tua majoribus occupatur. 59 Ironia. 60 Postquam curam imperii, ut miles stationem, reliquisses. 61 *Statio* de quovis loco dicitur, ubi statur: est etiam locus in littore sinuosus, in quo navis ad tempus possunt consistere, minùs tamen tutò, quàm in portu. Virg. *Et* statio *male fida carinis. Stationes*, item dicuntur loca, in quibus milites consederunt; item locum, vigilibus ad excubias agendas assignatum. *Stationem* vocamus. 62 Elegiaca carmina: intelligit enim libros de Arte amandi, qui Elegiaco carmine conscripti sunt. Eodem modo l. 3. El. 1. *alternum, versum* dixit: *Clauda quòd* alterno *subsidant carmina* versu, *Vel pedis hoc ratio, vel via longa facit.* 63 Ea rerum magnitudo, i. imperium non molestum tibi est. 64 Onus quod re ipsa grave, sed tibi leve est. Metaphora. 65 Ineptis poematibus nugisque insistere. 66 Et perleges versus in otio compositos. 67 Regio Istro contermina, hodiè *Slavonia* dicta: ea ab Augusto domita est. Flor. l. 4. c. 12 68 *Illyrii* sunt populi, qui *sub Alpibus agunt, imaque valles earum ac quidam quasi claustra custodiunt, abruptis torrentibus impliciti, ita hos expeditionem ipse Augustus sumpsit.* Flor. ibid. 69 *Rhati* Populi sunt Alpes incolentes, ad Italiam usque pertingentes. 70 *Thraces* sunt Septentrionales Germaniæ populi, ad pontum Euxinum siti. 71 *Armenii* Asiæ populi sunt. 72 Supplex arma sua tibi porrigit. 73 Populus Asiæ. de quo Flor. l. 3. c. 11. & l. 4. c. 9 10. 74 Quare Parthus *eques* dicatur, docet Justin. l. 41. *Equis omni tempore vectantur: illis bella, illis convivia, illis publica ac privata officia obeunt: super illos ire, consistere, mercari, colloqui.* Et paulo antè: *Pugnant autem procurrentibus equis, aut terga dantibus: sæpe etiam fugam simulant, ut incautiores adversus vulnera insequentes habeant.* 75 Remittit signa militaria, quæ M. Crasso & Antonio ademerat.

Nunc te 76 *prole tuâ* 77 *juvenem Germania ſentit,*
78 Bellaque pro magno Cæſare Cæſar agit.
79 *Denique ut in tanto, quantum non extitit unquam,*
Corpore, 80 *pars nulla eſt, quæ labet imperii.*
81 *Urbs quoque te,* 82 *& legum laſſat tutela tuarum,*
Et morum, 83 *ſimiles quos cupis eſſe tuis.*
84 *Nec tibi contingunt, quæ gentibus otia præſtas,*
Bellaque cum multis irrequieta geris.
Miror in hoc igitur 85 *tantarum pondere rerum*
86 *Unquam te noſtros evoluiſſe jocos.*
At ſi (quod mallem) 87 *vacuum fortaſſe fuiſſes,*
Nullum legiſſes crimen 88 *in arte meâ.*
Illa quidem fateor 89 *frontis non eſſe ſeveræ*
Scripta, nec à 90 *tanto Principe digna* 91 *legi:*
Non tamen id circò 92 *legum contraria juſſis*
Sunt ea, 93 *Romanas eruditunt que nurus.*
Neve 94 *quibus ſcribam poſſis dubitare, libellus*
Quatuor hos verſus 95 *è tribus unus habet:*
Eſte procul 96 *vittæ tenues,* 97 *inſigne pudoris,*

76 Druſo privigno tuo, quem legatum in Germaniam miſit 77 Auguſtus quidem ſenex erat: ſed juvenis Druſus. 78 Druſus bella gerit pro Auguſto. Appellat autem Druſum Cæſarem, non quòd aliquando Cæſar fuerit, ſed quòd è familiâ Cæſaris eſſet.

79 Ordo eſt: *Denique nulla pars imperii eſt, quæ labet, ut.* i. ſicut. *in tanto corpore,* ſc. imperii, *quanquam non exſtitit unquam:* nam nunquam imperium Romanum majus fuit quàm feliciſſimo Auguſti tempore. 80 Nulla Provincia malè regatur. 81 *Urbem Auguſtus neque pro majeſtate imperii ornatam, & inundationibus incendiiſque obnoxiam excoluit adeò ut jure ſit gloriatus, marmoream ſe relinquere, quam lateritiam accepiſſet:* autor Suet. Aug. c. 28. & ſeqq. 82 Et novæ leges fatigant te: nam *leges retractavit Auguſtus, & quaſdam ex integro ſanxit, ut ſumptuariam & de adulteriis, & de pudicitiâ, de ambitu, de maritandis ordinibus.* Suet. Aug. c. 34. & ſeqq. 83 Quos mores in ſubditis tibi ſimiles eſſe vis. Auguſtus enim *impetratis à Senatu decem adjutoribus, unumquemque equitum rationem vitæ reddere coëgit.* Suet. Aug. c. 39. 84 Non licet tibi eſſe otioſo: ſemper enim es occupationibus maximis diſtrictus. 85 In tanto imperio. 86 Te unquam ſcripta mea perlegiſſe: nam libri olim non erant per folia compacti, ut apud nos, ſed in formam Cylindri convoluti; unde & *volumina* dicta, quæ, qui legere volebat, evolvere debebat. Hic *evoluiſſe* eſt quinque ſyllabarum per Diæreſin. 87 Curarum. 88 In Arte amandi. 89 Non convenire ſevero & gravi homini, *vel* magnificentiam ullam in primâ paginâ præ ſe ferentia. 90 Monarchâ. 91 Lectu. 92 Vetita legibus. 93 Docent amare caſtas fœminas. 94 In quarum utilitatem tradam ea præcepta amatoria. 95 Unus è tribus illis libris de Arte amandi compoſitis, ſc. primus liber, ſub cujus principum eſt Tetraſtichon, quod hic citat Poëta. 96 *Vitta* tegimen ſive ornamentum capitis erat muliebre, quo mulieres capil os colligabant, Ovid. *Vitta coërcebat poſitos ſine lege capillos.* Eratque olim propria honeſtarum matronarum, virginum, & Veſtalium, quæ etiam dicebantur tæniæ. Per *vittas* ergo intelligit virgines & innuptas. Hæ *vittæ* in multiplici uſu fuêre, neque muliebri mundo annumeratæ ſolum: nam primùm ſacerdotes erant *vittati*, & Poëtæ, & ad ultimum ſupplicium ducendi, & templa ipſa, aræque Deorum, victimæ, & naves è portu exituræ, aut poſt longam navigationem regreſſuræ, faces nuptiales, ludorum præmia. Certè matronarum, & virginum innuptarum hoc propriè geſtamen erat: diſcretæ iis matronæ à meretricibus. 97 Nota & ſignum. Dicuntur enim *inſignia*, quæ in vestibus, vexillis, & hujuſmodi inſignita ſunt: aut ipſæ veſtes, vexilla, & alia quæ fiunt, aut feruntur, ita ab aliis diſcreta, ut noſci poſſint cujus ſint.

Quæ-

Quæque tegis medios 98 *instita longa pedes.*
Nil nisi 99 *legitimum,* 1 *concessaque furta canemus:*
Inque meo nullum carmine 2 *crimen erit:*
Ecquid ab hac omnes 3 *rigidas summovimus* 4 *arte,*
Quas 5 *stola* 6 *contingi vittaque sumta vetat?*
At matrona potest 7 *alienis artibus uti,*
Quodque 8 *trahat, quamvis non* 9 *doceatur, habet.*
9 *Nil igitur matrona legat,* 10 *quia carmine ab* 11 *omni*
12 *Ad delinquendum doctior esse potest.*
Quodcunque attigerit, (si qua est studiosa 13 *sinistri)*
14 *Ad vitium mores instruet indè suos.*
15 *Sumserit annales, (nihil est* 16 *hirsutius illis)*
17 *Facta sit undè parens Ilia, nempe leget.*
18 *Sumserit Æneadem,* 19 *genitrix ubi prima requiret,*
20 *Æneadum genitrix undè sit alma Venus.*
Persequar inferiùs (modò si licet ordine ferri)
Posse nocere animis carminis omne genus.

98 Limbus infimus vestis matronalis, quæ pro nuptâ vel matronâ sumitur. 99 Per leges licitum. 1 Concubitus lege permissos. 2 Docendo inconcessa 3 Severas, honestas matronas. 4 Amandi. 5 Honestarum mulierum vestis, quæ demissa erat ad imosusque pedes: sic dicta ἀπὸ τοῦ στέλλομαι. i. *in duo.* Hac matronæ Romanæ utebantur, sicut viri tunicâ. 6 Violari. 7 Non á me conscriptis, quibus corrumpi possit: *vel,* scripta aliena ab amore, ad amorem transferre potest. 8 Sequatur, aut in malam partem, & ad amores trahat. 9 Amare. 10 Nullum scriptorum genus. 11 De quacunque materiâ conscripto. 12 Ad peccandum. i. quoniam nullum est scriptum, in quo non sit aliquid, quod non possit in deteriorem partem & vitium interpretari. 13 Pravitatis. i. si studet res in sinistram & malam partem accipere: *vel,* si qua est proclivis ad deteriora. 14 Peccatorum materiam sibi indè comparabit. 15 Si sumserit libros gesta pop. Rom. continentes, observato cujuscunque anni ordine. i. historias Romanas. 16 Severius, horridius, minùs conveniens cum amatoriis lusibus; nam rerum gestarum memoriam continent, non voluptuosa & lasciva. *Hirsuti* autem. i. pilosi, severi videntur. Juvenal. *Hispida membra quidem, & dura per brachia setæ Promittunt atrocem animum.* 17 Quomodo Ilia seu Rhea Sylvia, gravida è Marte geminos, Romulum & Remum, pepererit. Fuit enim *Ilia* Numitoris, Albanorum regis, filia, quam Amulius, pulso jam Numitore fratre, & interfecto ejus filio Lauso, Virginem Vestalem fecit, ut sub specie honoris spem partus ei adimeret. Verùm cùm illa aquam è Tiberi ad obeunda sacra peteret, in ripâ fluminis obdormivit, & in somnis sibi visa est à Marte comprimi, & sic geminos concepit: quos cùm peperisset, exponi jussit, matremque Iliam vivam apud Tiberim fluvium defodi. Historiam habes apud Liv. 1. Flor. 1. 1. & Plut. Rom. Ovid. Fast. 3. 18 Si sumpserit divinum Virgilii opus. i. Æneida. 19 Ordo est: *Studiosa sinistri requiret prima.* i. primùm, *ubi.* i. in quo loco, *alma Venus sit facta genitrix,* sc. *Æneæ.* i. ubi Venus Æneam pepererit: quod Virg. docet Æn. 1. v. 621. 20 Romanorum mater undè ducat originem, sc. è mari sanguinolento, ab abscisso virili membro Saturni. Undè Auson. *Orta sale, suscepta solo, patre edita cœlo, Æneadum genitrix hic habet alma Venus:* vel *undè.* i. ex quo susceperit Æneam: eò sc. alludens, quòd & Æneas ex adulterio Veneris & Anchisæ natus fuerit.

Nunc te 76 *prole tuâ* 77 *juvenem Germania sentit,*
78 Bellaque pro magno Cæsare Cæsar agit. 230
79 Denique ut in tanto, quantum non extitit unquam,
Corpore, 80 *pars nulla est, quæ labet imperii.*
81 Urbs quoque te, 82 *& legum lassat tutela tuarum,*
Et morum, 83 *similes quos cupis esse tuis.* (235
84 Nec tibi contingunt, quæ gentibus otia præstas,
Bellaque cum multis irrequieta geris.
Miror in hoc igitur 85 *tantarum pondere rerum*
86 Unquam te nostros evoluisse jocos.
At si (quod mallem) 87 *vacuum fortasse fuisses,*
Nullum legisses crimen 88 *in arte meâ.* 240
Illa quidem fateor 89 *frontis non esse severæ*
Scripta, nec à 90 *tanto Principe digna* 91 *legi:*
Non tamen id circò 92 *legum contraria jussis*
Sunt ea, 93 *Romanas eruditunque nurus.*
Neve 94 *quibus scribam possis dubitare, libellus* 245
Quatuor hos versus 95 *è tribus unus habet:*
Este procul 96 *vittæ tenues,* 97 *insigne pudoris,*

76 Druso privigno tuo, quem legatum in Germaniam misit 77 Augustus quidem senex erat: sed juvenis Drusus. 78 Drusus bella gerit pro Augusto. Appellat autem Drusum Cæsarem, non quòd aliquando Cæsar fuerit, sed quòd è familiâ Cæsaris esset. 79 Ordo est: *Denique nulla pars imperii est, que labet, ut.* i. sicut. *in tanto corpore,* sc. imperii, *quanquam non exstitit unquam:* nam nunquam imperium Romanum majus fuit quàm felicissimo Augusti tempore. 80 Nulla provincia malè regatur. 81 *Urbem Augustus neque pro majestate imperii ornatam, & inundationibus incendiisque obnoxiam excoluit adeò, ut jure sit gloriatus, marmoream se relinquere, quam lateritiam accepisset:* autor Suet. Aug. c. 28. & seqq. 82 Et novæ leges fatigant te: nam *leges retrâctavit Augustus, & quasdam ex integro sanxit, ut sumptuariam & de adulteriis, & de pudicitiâ, de ambitu, de maritandis ordinibus.* Suet. Aug. c. 34. & seqq. 83 Quos mores in subditis tibi similes esse vis. Augustus enim *impetratis à Senatu decem adjutoribus, unumquemque equitum rationem vitæ reddere coëgit.* Suet. Aug. c. 39. 84 Non licet tibi esse otioso: semper enim es occupationibus maximis districtus. 85 In tanto imperio. 86 Te unquam scripta mea perlegisse: nam libri olim non erant per folia compacti, ut apud nos, sed in formam Cylindri convoluti; unde & *volumina* dicta, quæ, qui legere volebat, evolvere debebat. Hic *evolvisse* est quinque syllabarum per Diæresin. 87 Curarum. 88 In Arte amandi. 89 Non convenire severo & gravi homini, *vel* magnificentiam ullam in primâ paginâ præ se ferentia. 90 Monarchâ. 91 Lectu. 92 Vetita legibus. 93 Docent amare castas fœminas. 94 In quarum utilitatem tradam ea præcepta amatoria. 95 Unus è tribus illis libris de Arte amandi compositis, sc. primus liber, sub cujus principum est Tetrastichon, quod hic citat Poëta. 96 *Vitta* tegimen sive ornamentum capitis erat muliebre, quo mulieres capil os colligabant, Ovid. *Vitta coërcebat positos sine lege capillos.* Eratque olim propria honestarum matronarum, virginum, & Vestalium, quæ etiam dicebantur tæniæ. Per *vittas* ergo intelligit virgines & innuptas. Hæ *vittæ* in multiplici usu fuêre, neque muliebri mundo annumeratæ solùm: nam primùm sacerdotes erant *vittati*, & Poëtæ, & ad ultimum supplicium ducendi, & templa ipsa, aræque Deorum, victimæ, & naves è portu exituræ, aut post longam navigationem regressuræ, faces nuptiales, ludorum præmia. Certè matronarum & virginum innuptarum hoc propriè gestamen erat: discretæ iis matronæ à meretricibus. 97 Nota & signum. Dicuntur enim *insignia*, quæ in vestibus, vexillis, & hujusmodi insignita sunt: aut ipsæ vestes, vexilla, & alia quæ fiunt, aut feruntur, ita ab aliis discreta, ut nosci possint cujus sint.

Quæ-

Quæque tegis medios 98 *instita longa pedes.*
Nil nisi 99 *legitimum,* 1 *concessaque furta canemus:*
Inque meo nullum carmine 2 *crimen erit:*
Ecquid ab hac omnes 3 *rigidas summovimus* 4 *arte,*
Quas 5 *stola* 6 *contingi vittaque sumta vetat?*
At matrona potest 7 *alienis artibus uti,*
Quodque 8 *trahat, quamvis non* 9 *doceatur, habet.*
9 *Nil igitur matrona legat,* 10 *quia carmine ab* 11 *omni*
12 *Ad delinquendum doctior esse potest.*
Quodcunque attigerit, (si qua est studiosa 13 *sinistri)*
14 *Ad vitium mores instruet indè suos.*
15 *Sumserit annales, (nihil est* 16 *hirsutius illis)*
17 *Facta sit undè parens Ilia, nempe leget.*
18 *Sumserit Æneadem,* 19 *genitrix ubi prima requiret,*
20 *Æneadum genitrix undè sit alma Venus.*
Persequar inferiùs (modò si licet ordine ferri)
Posse nocere animis carminis omne genus.

98 Limbus infimus vestis matronalis, quæ pro nuptâ vel matronâ sumitur. 99 Per leges licitum. 1 Concubitus lege permissos. 2 Docendo inconcessa 3 Severas, honestas matronas. 4 Amandi. 5 Honestarum mulierum vestis, quæ demissa erat ad imosusque pedes: sic dicta ἀπὸ τοῦ στέλλομαι. i. *in duo.* Hac matronæ Romanæ utebantur, sicut viri tunicâ. 6 Violari. 7 Non á me conscriptis, quibus corrumpi possit: *vel,* scripta aliena ab amore, ad amorem transferre potest. 8 Sequatur, aut in malam partem, & ad amores trahat. 9 Amare. 10 Nullum scriptorum genus. 11 De quacunque materiâ conscripto. 12 Ad peccandum. i. quoniam nullum est scriptum, in quo non sit aliquid, quod non possit in deteriorem partem & vitium interpretari. 13 Pravitatis. i. si studet res in sinistram & malam partem accipere: *vel,* si qua est proclivis ad deteriora. 14 Peccatorum materiam sibi indè comparabit. 15 Si sumserit libros gesta pop. Rom. continentes, observato cujuscunque anni ordine. i. historias Romanas. 16 Severius, horridius, minùs conveniens cum amatoriis lusibus; nam rerum gestarum memoriam continent, non voluptuosa & lasciva. *Hirsuti* autem i. pilosi, severi videntur. Juvenal. *Hispida membra quidem, & dura per brachia setæ Promittunt atrocem animum.* 17 Quomodo Ilia seu Rhea Sylvia, gravida è Marte geminos, Romulum & Remum, pepererit. Fuit enim *Ilia* Numitoris, Albanorum regis, filia, quam Amulius, pulso jam Numitore fratre, & interfecto ejus filio Lauso, Virginem Vestalem fecit, ut sub specie honoris spem partus ei adimeret. Verùm cùm illa aquam è Tiberi ad obeunda sacra peteret, in ripâ fluminis obdormivit, & in somnis sibi visa est à Marte comprimi, & sic geminos concepit: quos cùm peperisset, exponi jussit, matremque Iliam vivam apud Tiberim fluvium defodi. Historiam habes apud Liv. 1. Flor. 1. 1. & Plut. Rom. Ovid. Fast. 3. 18 Si sumpserit divinum Virgilii opus. i. Æneida. 19 Ordo est: *Studiosa sinistri requiret prima.* i. primùm, *ubi.* i. in quo loco, *alma Venus sit facta genitrix,* sc. *Æneæ.* i. ubi Venus Æneam pepererit: quod Virg. docet Æn. 1. v. 621. 20 Romanorum mater undè ducat originem, sc. è mari sanguinolento, ab abscisso virili membro Saturni. Undè Auson. *Orta salè, suscepta solo, patre edita cœlo, Æneadum genitrix hic habet alma Venus:* vel *undè.* i. ex quo susceperit Æneam: eò sc. alludens, quòd & Æneas ex adulterio Veneris & Anchisæ natus fuerit.

Non tamen [21] *idcirco* [22] *crimen liber omnis* [22] *habebit*;
Nil prodeſſe, quod non lædere poſſit idem.
[23] *Igne quid utilius? ſi quis tamen* [24] *urere tecta*
Cœperit, [25] *audaces inſtruit igne minus.*
Eripit interdùm, modò dat medicina ſaluem:
[26] *Quæque juvet, monſtrat, quæque ſit herba nocens.*
Et latro, & [27] *cautus præcingitur enſe viator,*
[28] *Ille ſed inſidias,* [29] *hic ſibi portat opem.*
[30] *Diſcitur, innocuas ut agat facundia cauſas:*
[31] *Protegit hæc fontes, immeritoſque premit.*
[32] *Sic igitur carmen,* [33] *rectâ ſi mente legatur,*
Conſtabit nulli poſſe nocere meum.
Et quiddam vitii [34] *quicunque* [35] *hinc concipit,* [35] *errat,*
Et nimium ſcriptis [37] *abrogat ille meis.*
Ut tamen hoc [38] *fatear,* [39] *ludi quoque* [40] *ſemina præbent*
Nequitiæ: [41] *tolli tota* [42] *theatra jube.*
[43] *Peccandi cauſam quàm multi ſæpè dederunt,*
[44] *Martia cùm durum ſternit arena ſolum!*
Tollatur [45] *Circus:* [46] *non tuta licentia Circi eſt:*
Hic ſedet ignoto juncta puella viro.

21 Hac de cauſâ, quòd in ſcriptis ſit aliquid, quodpoſſit animis nocere.
22 Criminari poterit.
23 Sinè quo vivere non poſſumus: undè aqua & ignis exulibus interdicitur. Faſt. 3. v. 395.
24 Incendere.
25 Sceleſtas. 26 Et monſtrat ſalutares & noxias herbas.
27 Callidus, prudens.
28 Latro.
29 Viator. Ille enim reſpicit prius & remotius; *hic* verò poſterius & propius. 30 Rhetorica diſcitur, ut bonas & juſtas cauſas tractet & defendat: undè Oratorem volunt eſſe virum bonum. 31 Tamen defendit aliquando noxios, & opprimit ſive accuſat innoxios. 32 Eodem modo, ut Ignis, Medicina, Gladius, Rhetorica nihil noxii in ſe habent, benè uſa; ſic quoque Carmen meum, &c. 33 Sincerâ. 34 Quicunq; e exiſtimat hoc, quod carmen etiam poſſit nocere. 35 Ex carmine meo. 36 Fallitur. 37 Detrahit demit de il is vehementer, facit deſpicabilia. A legibus ſumpta Metaphora. Eſt enim propriè *abrogare*, legem perlatam prorſus tollere. 38 Addam. 39 Qui in honorem Deorum fieri ſolent. 40 Principia laſciviæ, amoris. 41 Ironia. Ergo quia ludi habent ſemina laſciviæ, removendi ſunt, & loca, ubi fiunt ac ſpectantur? Q. d. minimè. 42 Loca magnifica, in ornamentum & ſpectacula conſtructa: ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι. i. *ſpectare*. 43 Ludi etiam gladiatorii ſuè e cauſa, ut multæ peccarent. 44 Cum arena, ubi pugnam gladiatores inibant, cu us Deus eſt Mars, ſternit durum ſolum: quia ludi gladiatorii exhibebantur in foro arena conſtrato. Intelligi etiam poteſt campus Martius, qui amoris ſæpè cauſa fuit. Horat. Od. 9. l. 1. 45 Locus muris ſeptus, in quo equi pugileſque exercebantur: in cujus ſummitate carceres erant, undè equi, curribus juncti ad cu ſum movebantur, & cùm ad ſummum devenìſſent, revolvebantur, donec ad priorem metam devenirent. In circuitu verò ſpectacula ædificabantur, è quibus proſpectare patres atque equites poſſent. 46 In Circo quoque poteſt inveniri peccandi materia.

47 *Cùm*

47 *Cùm quædam spatientur in hac, ut amator eodem*
Conveniat, quare porticus ulla patet?
Quis locus est templis 48 *augustior? hæc quoque* 49 *vitet,*
50 *In culpam si qua est ingeniosa suam.*
51 *Cùm stetit Jovis æde; Jovis* 52 *succurret in æde,*
Quam multas 53 *matres fecerit ille Deus.*
54 *Proxima adoranti Junonis templa subibit,*
55 *Pellicibus multis indoluisse Deam.*
56 *Pallade conspectâ,* 57 *natum de crimine virgo*
58 *Sustulerit quare quæret Erichthonium.*
Venerit in magni templum, 59 *tua numina,* 60 *Martis:*
Stat 61 *Venus ultori juncta viro ante* 62 *fores.*
63 *Isidis æde sedens cur* 64 *hanc* 65 *Saturnia, quæret,*
Egerit 66 *Jonio,* 67 *Bosphorioque mari.*

47 Cum puellæ ideo deambulent in porticu, ut accedat ad illam amator, cur porticus ædificantur, & cuivis intrare licet? Q.d. (ironicè tamen) Porticus, quòd eò veniant amatores, nondebent patêre. Et sic probat, porticus quoque habere, quod possit nocere. *Porticus* olim Romæ erigebantur ad inambulationes & umbras. 48 Sanctior, magnificentior, & remotior ab amoribus? 49 Quia materiam peccandi præbebunt. 50 Ad peccandum illic cum amatoribus. *Ingeniosus* est qui naturalem vim ad aliquid agendum accommodatam habet. 51 Cùm venerit in ædem. i. templum Jovis Capitolini. 52 In mentem veniet, cogitabit. 53 Gravidas seu prægnantes fecerit. sc. Danaën, Acrisii filiam, quæ Persea peperit, Ledam, Callistonem, Electram, Semelen, Alcmenam, &c. 54 Cùm fœmina ingeniosa in suam culpam intrabit templa Junonis, quæ juncta sunt templo Jovis in monte Capitolino, succurret illi adoranti Deam Junonem indoluisse multis meretricibus, quibuscum Jupiter rem habuit. 55 *Pellex* est meretrix cum alterius marito rem habens. 56 Visâ Palladis effigie seu statuâ. 57 Natum de lite Erichthonio nomen impositum, ἀπὸ τῆς ἔριδος καὶ χθονὸς. i. *ex lite atque humo.* Nam cùm Jupiter, renuente Minervâ, Vulcano conjugium illius spondisset, Vulcanus virginem vi aggressus est, & inter luctandum semen effudit in terram: hinc puer ille natus. Vide Ovid, Met. 2. v. 554. Servium in 3. Georg. v. 113. 58 Educarit, servandum dederit filiabus Cecropis. 59 Quem tu præcipuè colis. 60 Ultoris, ab ulciscendo dicti. *Huic templum in foro suo maximum & sumptuosissimum cùm opere, tùm artificio, Augustus exstruxit, bello Philippico, quod patris sui ulciscendi causâ susceperat.* Suet. Magnificentiam ejus celebrat Ovid. Fast. 5. v. 276. Dictus est *Mars* (ut Varroni placet) quod *maribus* in bello præest. Hunc Romani summo cultu venerati sunt, quòd existimarent ipsum patrem Romuli fuisse. 61 Quia juncti erant in adulterio. Met. 4. Fab. 5. Q. d. succurret adulterium Martis cum Venere. 62 Templi januam. Intelligit autem ædem Veneris genitricis junctam Martis templo. 63 In templo Deæ Ægyptiacæ, quod fuit proximum ei campo, qui erat conjunctus campo Martio. Hujus Deæ sacra celebrantur quotannis, decem continuis diebus. Fuit autem *Isis* Inachi fluminis filia, *Io* priùs dicta, de quâ Met. 1. Fab. 10. 64 Isidem. 65 Juno Saturni filia. 66 Per mare Jonium & Bosphorum, quod sc. ea cum Jove concubuerat. Jo. enim ab ipso Jove ante Junonis adventum conversa est in vaccam cui Juno œstrum immisit, quo tote orbe fatigata, tandem in Ægyptum venit & illic in Isidem conversa est. *Ionium mare* est pars maris Mediterranei inter Cretam & Siciliam, dicta ab *Io*. 67 Per Bosphorum Thracium, quasi βοὸς φόρος.

68 In

68 Anchiſes erit, qui referatur in Venerem, ſc. cogitationibus matronæ, ubi Veneris imaginem aſpexerit in templo ejus. i. ſuccurret etiam Anchiſen è Venere ſuſtuliſſe Æneam. 69 Endymioni, à *Latmio*, monte Cariæ, fic. dictus: cum quo rem habuiſſe Lunam ferunt, illumque illic multo tempore conſopitum. Quod ideò fingitur, quia primus Lunæ curſum invenit. 70 Jovis & Electræ filius, fraterque Dardani, cum quo Ceres concubuit. 71 Illa omnia. 72 Pravas. 73 Non tamen diruuntur ideo templa, ſed tutò poſſunt frequentari. Conſtitit ergo hic totus locus in hac argumentatione conditionali: Si mea carmina merentur pœnam, merentur etiam alia quælibet, merentur ludi, porticus, templa, cùm hæc omnia turpitudini occaſionem præbere poſſint: Sed hæc non merentur: Ergo nec mea carmina. 74 Repetit hic obiter excuſationem quòd non matronis illa ſcripſerit, ſed meretricibus. 75 Ab Arte amandi, quam ſolis meretricibus ſcripſimus, rejectis virginibus & matronis. 76 Arcet. 77 Pudicas. 78 Intrat. 79 Per quem locum. ſc. in adyta, ſolis Sacerdotibus pervia. 80 Rea criminis illiciti agi poteſt: Sic quoque, ſi quæ caſta mea ſcripta legit, ulteriùs progreſſa eſt, quàm licet; ideoque illa, non ego culpandus. 81 Perlegere. 82 Laſcivos. 83 Non imitanda. 84 Severæ gravitatis. 85 Sc. *meretrices*: quæ nudæ Floralia magnâ licentiâ celebrabant: de quibus Faſt. 5. 86 In omnem formam Veneris ſtantes vel in ludis, vel in proſtibulis. Quæ meretrices utuntur omni genere concubitus, & tamen nudæ à matronis ſæpè ſpectantur, cùm nudæ celebrant Floralia. 87 Virginibus Veſtalibus, quæ Veſtæ ſacra curant, quas maximè caſtas eſſe decet, licet ſpectare meretrices impunè: virgines enim Veſtales ſtuprum paſſæ & in adulterio deprehenſæ, vivæ terrâ obruebantur. 88 Pontifici Maximo, qui in Veſtales animadvertebat, ſi inceſtum commiſiſſent: vel, *domino*. i. lenoni, qui nudas illas à conſpectu Veſtalium ſubmovere debuiſſet. 89 Sequuntur duæ objectiones cum ſuis diluitionibus. Prior eſt generalis, cur ſit nimium laſcivus. Reſpondet, vellem nec ingenium nec judicium ad hanc rem mihi fuiſſet. 90 In noſtris carminibus. 91 Quòd judicaverim, id genus operis ſcribendum.

68 *In Venerem Anchiſes, in Lunam* 69 *Latmius heros,*
In Cererem 70 *Jaſius, qui referatur, erit.*
71 *Omnia* 72 *perverſus poſſunt corrumpere mentes:*
73 *Stant tamen illa ſuis omnia tuta locis.*
74 *At procul* 75 *à ſcripta ſolis meretricibus Arte,*
76 *Summovet* 77 *ingenuas pagina prima manus.*
Quæcunque 78 *erumpit,* 79 *quâ non ſinit ire ſacerdos:*
Protinùs hæc 80 *vetiti criminis acta rea eſt.*
Non tamen eſt facinus verſus 81 *evolvere* 82 *molles:*
Multa licet caſtæ 83 *non facienda legant.*
Sæpè 84 *ſupercilii nudus matrona* 84 *ſeveri,*
Et 86 *Veneris ſtantes ad genus omne videt,*
87 *Corpora Veſtales oculi meretricia cernunt:*
Nec 88 *domino pœnæ res ea cauſa fuit.*
89 *At quare* 90 *in noſtrâ nimia eſt laſcivia Musâ?*
Curve meum cuiquam ſuadet amare liber?
Nil niſi peccatum, manifeſtaque culpa fatenda eſt:
Pœnitet ingenii, 91 *judiciique mei.*

92 *Cur*

92 *Cur non* 93 *Argolicis potiùs quæ concidit armis,*
94 *Vexata est* 95 *iterùm carmine Troja meo?*
Cur tacui 96 *Thebas?* & 97 *mutua vulnera fratrum*
98 *Et septem portas* 99 *sub duce quamque suo?*
1 *Non mihi materiam bellatrix Roma negabat:*
Est 2 *pius est* 3 *patriæ facta referre labor.*
Denique cùm meritis impleveris omnia, Cæsar,
4 *Pars mihi de multis una canenda fuit.*
Utque 5 *trahunt oculos radiantia lumina Solis:*
Traxissent animum sic tua facta meum.
6 *Arguor immeritò:* 7 *tenuis mihi campus aratur:*
8 *Illud erat magnæ fertilitatis opus.*
9 *Non ideo debet pelago se credere, si quæ*
Audet in exiguo ludere cymba lacu.
Forsan & hoc dubitem, 10 *numeris levioribus aptus*
Sim satis, in 11 *parvos sufficiamque modos:*
At si me jubeas 12 *domitos Jovis igne gigantes*
Dicere, conantem debilitabit 13 *onus.*
14 *Divitis ingenii est,* 15 *immania Cæsaris acta*
Condere, 16 *materiâ ne superetur opus.*
Et tamen 17 *ausus eram: sed* 18 *detrectare videbar;*
19 *Quodque nefas, damno viribus esse tuis.*

92 Cur non Trojana bella conscripsit? Altera objectio, quæ nascitur ex præcedente. Quare non tractasti graves materias ac serias? Ac tum varias materias describit, quibus se laudem comparare potuisse dicit, si in his potiùs, quàm in præceptis amatoriis laborare voluisset. 93 Græcis, à primaria civitate *Argo*. 94 Repetendo ejus casum & ruinam. 95 Quia tot de Trojâ scripsere. 96 Bella urbis Thebarum, sitæ in Bœotiâ: de quibus Papinius Statius Heroico carmine cecinit, & operi titulum *Thebaïdes* indidit. Hac de re conqueritur etiam Am. l. 3. El. 12. *Cùm Thebæ, cùm Troja foret, cùm Cæsaris acta, Ingenium movit sola Corinna meum.* 97 Eteocli & Polynicis mortem. 98 Thebæ ab autoribus *Heptaphylæ* sunt nominatæ, quia septem portis amoliebantur. 99 Septem enim reges contra Eteoclem pro Polynice conspirarunt, sc. Adrastus Argivorum rex, Amphiaraus, Hippomedon, Capaneus, Tydeus, Parthenopæus, & Polynices, pro quo bellum gestum est Adrasti ductu & auspiciis. In oppugnatione autem Thebarum horum ducum unusquisque portam sibi oppugnandam sumpserant. 1 Poteram etiam bella Romana conscripsisse. 2 Amans patriæ. 3 Sulmonis. 4 Una pars meritorum. i. factorum tuorum, quæ multa sunt, canenda à me fuit. 5 Faciunt oculos ad se converti. 6 Reprehendor immerito quòd bellum Thebanum, & reliqua, vel Augusti gesta non scripserim. 7 Levis materia à me tractatur. Juv. *Cur tamen hoc libens patiis decurrere* campo. 8 Vel bellum Thebanum, vel Trojanum, vel mors Eteoclis & Polynicis, vel Augusti gesta, erat uberis ingenii & magni laboris. 9 Alleg. Non magna tentare debet, qui minima perferre potest. 10 Rebus tenuioribus, tenuiori materiâ. 11 Versus de levi materiâ tractantes. 12 Bellum Giganteum. 13 Operis difficultas, stili gravitas. 14 Facundi. 15 Conscribere maximi Cæsaris facta. 16 Ne major sit materia, quàm opus & carmen. Nam *facta dictis exæquanda sunt*. Sal. 17 Ausus fuissem scribere tua gesta. 18 Recusare, quia ingenium non erat aptum materiæ. Al. *detrectare*. i. imminuere & detrahere aliquid gloriæ vel laudi. 19 Ordo est: *Et videbat esse damno viribus tuis, quod* sc. *erat nefas*. i. ne tenuiter scribendo imminuerem ingenia facta tua, quod fas non est.

Ai

Ad leve rursus opus, [20] *juvenilia carmina, veni:*
Et [21] *falso movi pectus amore meum.*
Non equidem [22] *vellem: sed me* [23] *mea fata trahebant,*
Inque meas [24] *pœnas ingeniosus eram.*
Heu mihi cur [25] *didici? cur me docuêre parentes?*
[26] *Litteraque est oculos ulla morata meos?*
Hæc tibi me invisum lascivia fecit, eb Artes,
Quas ratus es, [27] *vetitos* [28] *sollicitare toros.*
Sed neque me nuptæ didicerunt [29] *furta* [30] *magistro:*
[31] *Quodque parùm novit, nemo docere potest.*
Sic ego [32] *delicias, & molita carmina feci:*
[33] *Strinxerit ut nomen fabula nulla meum:*
Nec quisquam est adeò [34] *mediâ de plebe maritus,*
[35] *Ut dubium* [36] *vitio sit pater ille meo.*
Credemihi, [37] *distant mores à carmine nostro:*
Vita verecunda est, [38] *Musa jocosa mea.*
Magnaque pars [39] *mendax operum est, & ficta meorum,*
[40] *Plus sibi permisit* [41] *compositore suo.*
[42] *Nec liber indicium est animi, sed honesta voluntas,*
Plurima [43] *mulcendis auribus apta refert.*
[44] *Accius esset atrox,* [45] *conviva Terentius esset,*

20 Juvenum lusus tractantia. i. ad amatoria tractanda re-lapsus sum, animum meum exercui. 21 Sollicitavi ad scribendum meam mentem simulando me esse, aut fuisse amore captum. 22 Hoc esse factum. 23 Sed Dijs ita visum fuit, ut scriberem lascivas res, & ob eam causam postea relegater. 24 Ut componerem ob quæ punirer. 25 Poësin. 26 Et cur ullum tempus consumpsi in studio litteraturæ? 27 Cattas matronas, nuptarum concubitus. *Torus* propriè est lectus, ab *intortis herbis* ita vocatus. Virg. *Inde* toro *pater Æneas sic orsus ab alto.* 28 Allicere, attentare. 29 Adulteria, quæ furtim committuntur. Tib. *celari vult sua* furta *Venus.* 30 Eorum magistro. 31 Q. d. non potui docere adulteria, quandoquidem ea ignoro, nec nuptam ullam violavi. 32 Amatorias. i. jocos, oblectamenta. *Deliciæ* propriè dicuntur. quæ maximè nobis sunt voluptati: à *deliciendo.* i. alliciendo nos ad voluptatem. 33 Ut nulla fabula de amoribus meis narrata, læserit famam meam ac gloriam. Sic sub finem hujus libri: *Non ego mordaci distrinxi carmine quenquam, Nec meus ullius crimina versus habet.* 34 Non solùm non de patritiis, sed etiam non de mediâ plebe. 35 Ut ob adulterium uxoris dubitaretur, nùm ille filii pater esset. 36 Præceptis meis. 37 Differunt. 38 Versus mei sunt lascivi. 39 Narrans non veros amores. 40 Plus sibi concessit lasciviæ. 41 Me Ovidio, qui ea composui. 42 Addit per occupationem, quòd animi non debeant cognosci ex libris, cum in his multa scribantur oblectandarum aurium causâ parùm castè, aut licentiùs, manente honestâ voluntate. 43 Ut legentium aures delectarer. 44 Sic ut libri, sic & Auctores essent, Accius esset crudelis, quia Tragœdias scripsit. Exemplis probat, Poëtas non versu, sed vitâ probandos. 45 Qui sæpè de conviviis agit. Describit enim in Andriâ convivium à quibusdam adolescentibus celebratum fuisse: describit etiam parcam Simonis cœnam, & pisculos emptos obolo.

Essent

Eſſent 46 *pugnaces qui fera bella* 47 *canunt.*
Denique compoſui 48 *teneros non ſolus* 48 *amores:*
Compoſito pœnas ſolus amore dedi.
49 *Quid niſi* 50 *cum multo Venerem confundere vino*
Præcepit 51 *Lyrici* 52 *Teïa Muſa ſenis?*
53 *Lesbia quid docuit Sappho, niſi amare puellas?*
Tuta tamen Sappho, tutus & 54 *ille fuit.*
Nec tibi 55 *Battiade nocuit, quòd ſæpè legenti*
56 *Delicias verſu faſſus es ipſe tuas.*
57 *Fabula jucundi nulla eſt ſine amore* 58 *Menandri:*
Et ſolet 59 *hic pueris* 60 *virginibuſque legi.*
61 *Ilias ipſa quid eſt, niſi turpis* 62 *adultera, de quâ*
Inter 63 *amatorem pugna* 64 *virumque fuit?*
65 *Quid priùs eſt illic flammâ Chryſeïdos? aut quæ*
Fecerit iratos 66 *rapta puella duces?*
Aut quid 67 *Odyſſea eſt, niſi* 68 *femina propter amorem,*
Dum 69 *vir abeſt, multis una petita * viris?*

46 Bellicoſi.
47 Conſcribunt. *Canere* propriè eſt voce modulari. Hinc *canere* Poëtæ dicuntur, quoniam verſus cantando pronuntiare conſueverunt. Virg. *Arma virumque cano.*
48 Laſcivos verſus amatorios.
49 Incipit eos commemorare Poëtas, qui de amoribus libros compoſuêre. 50 Dare operam amori, multo vino priùs exhauſto. Undè alibi Anacreonta *vinoſum* appellat. 51 Anacreontis Poëtæ lyrici. 52 Anacreontis carmen: is enim *Teon* patriam habuit, Joniæ oppidum, ab Athamante conditum: quem Valerius & Plinius acino uvæ paſſæ ſuffocatum ſcribunt. 53 Poëtria, à *Lesbo* inſulâ: vide heroïd. Ep. 15. Scripſit Elegias, libros lyricos novem, epigrammata, Jambos & nænias: carmen invenit, quod à ſe *Sapphicum* denominavit. Hujus autem poëmata laſciva erant. Ovid. l. 3. de Arte: *Notæ ſi & Sappho: quid enim laſcivius illâ?* 54 Anacreon ob carminis laſciviam nullâ pœnâ affectus eſt. 55 Callimache, à *Batto* generis ſui auctore. Compoſuit verſus de inſulis, poëmata omni genere carminum: Lyden puellam amavit, de quâ etiam Elegias ſcripſit. 56 Amores tuos. 57 Comœdia. *Fabula* propriè eſt ſermo & confabulatio: item res ad utilitatem ſive delectationem hominum conficta, ut ſunt Poëtarum fabulæ ac comœdiæ. 58 Comicus Græcus: qui optimè affectus expreſſit, atque omnem vitæ imaginem. Scripſit comœdias centum & octo. A Menandro quatuor fabulas tranſtulit Terentius, Andriam, Eunuchum, Heautontimorumenon, & Adelphos. 59 Menander. 60 Inniptis. 61 Homeri opus de Ilio. Dicta enim eſt *Ilias* ab eo, quòd bellum contineat apud *Ilium* inter Græcos & Trojanos ob raptum Helenæ geſtum. Quoniam verò hoc in opere nullum mali genus non recenſetur, factum eſt, ut *Ilias malorum* pro omni genere calamitatum accipiatur. 62 Helena. 63 Paridem. 64 Menelaum. 65 Quid in principio ſtatim Iliados deſcribitur? Certè Agamemnonis amor erga Chryſeida. 66 Briſeis Achilli erepta ab Agamemnone: cujus rei causâ ortæ ſunt inter eos inimicitiæ. Vide Heroïd. Ep. 3. 67 Alterum Homeri poëma, Ulyſſis ex Trojano bello in patriam reditum, quotque ille labores errando pertulerit, atque ut reverſus ultus fuerit inimicos, oſtendens. 68 Penelope Ulyſſis uxor. Vide Heroï. Ep. 1. 69 Errat Ulyſſes poſt Trojæ excidium. * Al. *proles?*

Quis

Quis nisi 70 *Mæonides* 71 *Venerem Martemque ligatos*
Narrat 72 *in obscœno corpora prensa toro?*
Undè, nisi indicio magnis ciremus Homeri,
73 *Hospitis igne duas incaluisse Deas?* 380
Omne genus scripti 74 *gravitate* 75 *Tragœdia vincit:*
76 *Hæc quoque materiam semper amoris habet.*
77 *Nam quid in* 78 *Hippolyto, nisi* 79 *sævæ flamma novercæ?*
80 *Nobilis est* 81 *Canace* 82 *fratris amore sui.*
Quid? non 83 *Tantalidis* 84 *agitante Cupidine currus* 385
85 *Pisæam* 86 *Phrygiis vexit* 87 *eburnus equis?*
88 *Tingeret ut* 89 *ferrum natorum sanguine* 90 *mater,*
Concitus 91 *à læso fecit amore dolor.*
92 *Fecit amor subitas volucres cum pellice Regem,*

70 Homerus.
71 Veneris & Martis adulterium significat, quos Vulcanus tenuissimis retibus deprehendit, atque omnium Deorum oculis spectandos subjecit. Vide Homer. Odyss. 8. v. 267. Ovid. Met. 4. Fab. 5. & l. 2. de Arte.

72 In lecto ubi obscœnum adulterium commissum fuit. 73 Calypso & Circen captas fuisse amore Ulyssis. Vide Odyss. 5. 10, 11, & 12. 74 Graves enim res in Tragœdiis tractantur, propter reges & magnæ auctoritatis personas in illis introductas. 75 *Tragœdiam* dictam volunt ἀπὸ τοῦ τράγου καὶ τῆς ᾠδῆς. i. *ab Hirco & cantu:* quia olim Tragicis autoribus τράγος. i. *Hircus* præmium cantus proponebatur, qui Liberalibus festis Libero patri ob hoc ipsum immolabatur, quia vitem depascit. Unde Horat. *Carmine qui Tragico vilem certavit ob Hircum.* 76 Continet etiam semper amores. 77 Enumerat Tragœdias omnes, à priscis illis auctoribus scriptas: in quibus amores contineri ostendit. 78 De quo postea Seneca Tragœdiam scripsit, quem consule, & Heroïd. Ep. 4. 79. Phædræ crudelis: quæ fuit causa mortis Hippolyti, cùm ille noluisset turpi ejus petitioni assentiri. 80 Clara. *Nobilis* dicitur quasi *noscibilis.* i. dignus, cujus nomen omnibus cognitum sit. 81 Canace ex fratre Macareo filium peperit: quo scelere comperto, se ipsam jussu patris interfecit. Macareus verò in templum Appollinis Delphici confugit. Vide Heroïd. Ep. 11. 82 Macarei. 83 Pelops Tantali filius. 84 Amore impellente currus. 85 Hippodamiam, natam Pisæ, quæ civitas est Arcadiæ. Fabula hæc est. Oenomaus, filius Martis & Æginæ, sæpiùs interpellatus de conjugio filiæ Hippodamiæ, respondit se illi daturum, qui cursu equorum illum vinceret; ita ut, cùm procus currere cœpisset, Oenomaus arietem Jovi sacrificaret. Peracto sacro ipse currum conscendit, & velocitate equorum, vento genitorum, omnes assecutos hastâ transfixit. Tandem Pelops, Tantali filius, ex Peloponneso veniens, corrupto aurigâ Myrtilo, victor evasit. Vide Serv. ad v. 7. Georg. 3. 86 Psillâ & Harpinâ, quos equos Pelops, è Phrygiâ veniens, secum duxit. 87 Quia Tantalus ejus pater volens Deorum tentare divinitatem, eis invitatis filium suum epulandum appposuit, à quo omnes Dii abstinuerunt, exceptâ Cerere, quæ brachium ejus consumsit. Postea Dii, petente Tantalo, cùm voluissent ejus filium revocare ab inferis, Ceres ei eburneum brachium restituit. 88 Medeæ Tragœdiam intelligit: quæ irata, quòd Jason, se expulsâ. Creusam duxisset uxorem, in ultionem patris filios jugulavit. 89 Gladium. 90 Medea. Vide Senecam. 91 Ab amore Medeæ ab Jasone violato. 92 Terei Tragœdiam intelligit. Vide Met. 6. Fab. 8. Ordo est: *Amor fecit regem,* sc. Tereum. *cum pellice,* i. Philomelâ, *subitas volucres.* i. aves.

93 *Quæ-*

93 *Quæque suum luget nunc quoque mater Ityn:*
94 *Si non Aëropen* 95 *frater sceleratus amasset,*
96 *Aversos Solis non legeremus equos.*
Impia nec 97 *tragicos tetigesset* 98 *Scylla* 98 *cothurnos,*
99 *Ni patrium crimen desecuisset amor.*
1 *Qui legis Electram, & 2 egentem mentis Orestem*
3 *Ægisthi crimen* 4 *Tyndarydosque legis*
Nam quid de 5 *tetrico referam* 6 *domitore* 7 *Chimæra?*
8 *Quem* 9 *letho fallax hospita pænè dedit?*
Quid loquar 10 *Hermionem? quid te Schœneia virgo?*
11 *Teque* 12 *Mycenæo* 13 *Phœbas amata duci?*

93 Prognem significat, Tereiregis uxorem, quæ Ityn filium occidit, & patri comedendum appositi propter sororem Philomelam violatam: postea mutata fuit in usciniam. 94 Atrei Tragœdiam intelligit. Aërope enim, Atrei uxor, cum Thyeste concubuit: quod ægrè ferens Atreus, liberos ei epulandos appositi quæ Sol, ne pollueretur, aufugit. 95 Thyestes Atrei frater. Vide Senecæ Thyest. 96 Ne infandum illud epulum videret: cùm nox medio die oboriebatur. 97 Tragicum stilum, tragicam materiam. *Cothurni* propriè erant calcei Tragicorum altiores, ut ita personati altiores, apparerent, pro rerum majestate. 98 Filia Nisi, Regis Megarensium, quæ Minois paterni hostis amore capta, ut illum sibi beneficio aliquo demereret, patrem purpureo capillo, in quo situm erat regni totius fatum, spoliavit, eumque hosti obtulit, tanquam futuri conjugii dotem. Verum cùm se à Minoë sperni videret, doloris impatientiâ in Cirim avem mutata est. Ovid. Met. 1. Fab. 1. 99 Nisi amore resecasset purpureum patris nisi crinem. 1 Electram Tragœdiam innuit, à Sophocle & Euripide compositam. Ibi inducitur, Electra, Agamemnonis filia, Orestis soror, quæ illum è manibus Clytemnestræ matris & Ægisthi vitrici liberavit, occultavitque apud Strophium Phocensem. Ipsa urnam, simulatis fraternis ossibus, detulit defiens. Orestes ab Argivis adjutus, matrem Ægisthumque occidit. Vide Vel. Paterc. l. 1. 2 Insanum factum. 3 Ægisti adulterium cum Clytemnestrâ; *vel*, Agamemnonis mortem, quem Ægisthus & Clytemnestra interfecerant, cùm à bello Trojano rediisset. 4 Et Clytemnestræ filiæ Tyndari ex Ledâ, uxorisque Agamemnonis, quæ cum Ægistho, Thyestis filio, dum bello Troiano maritus interfuit, adulterium commisit. 5 Aspero, severo. Cic. *Promissum potius non faciendum, quàm* tetrum *facinus admittendum fuit.* 6 Bellerophonte, Glauci filio, qui, stupri accusatus, missus est ab Chimæram & Amazones occidendum: cùm victor rediisset, probatâque innocentiâ accepit uxorem filiam regis Lyciæ, cum dimidiâ regni parte. Vide Hom. Il. 6. v. 155. Ovid. Met. 9. 7 *Chimæra* mons est Lyciæ, continuis, diebus ac noctibus flagrans: ignem ejus accendi aquâ, exstingui verò terrâ aut fœno plures prodiderunt. In cacumine leones habet; in medio autem, ubi pascuis abundat, capras; in imo serpentes. Hinc datus est fabulæ locus, Chimæram monstrum esse, quod flammas evomat, caput leonis habeat, ventrem capræ, & caudam draconis. Lucret. *Prima Leo, postrema Draco, media ipsa Chimæra.* Et quoniam Bellerophon montem hunc habitabilem fecit, Chimæram fingitur occidisse. 8 Bellerophontem. 9 Schenobœa, falso illum accusans, fermè interfecit. 10 Menelai & Helenæ filiam, quæ Oresti, Agamemnonis filio, desponsata fuit. Sed cùm Ægisthus cum Clytemnestrâ, Agamemnonis uxore, concumberet, & Electræ sororis industriâ (ut diximus) ejus manus evasisset Orestes, concessit illam Ægisthus Pyrrho Achillis filio, qui postea ab Oreste interfectus est. Lege Heroid. Ep. 8. 11 Atalanta, Schœnei, regis Scyri insulæ, filia. Vide Met. 10. Fab. 11. 12 Ab Agamemnone Micenarum rege. 13 Cassandra, Phœbi sacerdos, Priami regis filia: quam post Trojæ excidium Agamemnon Mycenas captivam duxit, captus ejus amore. Seu Agamem-

Quid 14 *Danaën?* 15 *Danaëſque nurum,* 16 *matremque Lyæi?*
17 *Alcmenam,* 18 *& noctes, quæ coïere, duas?*
Quid 19 *generum Peliæ? quid* 20 *Theſea? quid-ve* 21 *Pelaſgum,*
Iliacam tetigit qui rate primus humum? (405
Hùc 22 *Iole,* 23 *Pyrrhique parens, hùc* 24 *Herculis uxor:*

15 Acriſius, Argivorum Rex, unicam habens filiam Danaën, ſe periturum manu ejus qui ex filiâ naſceretur: undè filiam turri incluſit. Jupiter in aureum imbrem mutatus, in puellæ gremium decidit, prægnanſque facta eſt Quod pater intelligens, arcæ incluſam in mare projici juſſit. Illa in Italiam delata, inventa à piſcatore cum Perſeo, quem enixa fuerat & oblata regi, ab eo uxor accipitur: cum quâ etiam Ardeam condidit. 15 Andromedam, Perſei, Danaës filii, uxorem: quæ cauſa fuit ejus tumultus & cladis, quâ Cephenes, Aſiæ Minoris populi, interierunt, à Perſeo in nuptiis Andromedæ occiſi, partim in ſaxa converſi. Vidè Met. 5. Fab. 18. 16 Semelen, Bacchi matrem Cadmi Thebarum regis, filiam, ex quâ Jupiter Bacchum genuit. Lege Met. 3. Fab. 3. Appellatur autem Bacchus *Lyæus* ἀπὸ τοῦ λύειν τὰ μέλη τῶν μὴ θυσκομένων. i. *ab eo, quòd ebriorum membra* vel *curas ſolvat.* 17 Electrionis filiam: quæ eâ lege Amphitrioni nupſerat, ut fratris ſui occiſi mortem ulciſceretur. Hic igitur cùm adverſus Teleboas, Ætoliæ populos, pro Thebanis in expeditionem profectus eſſet. Jupiter ſub ſpecie Amphytrionis Alcmenam compreſſit, ex eâque Herculem genuit. Al. *Hæmonaque. Hæmon* fuit juvenis Thebanus, qui Antigonem, Oedipi & Jocaſtæ filiam, tantoperè amavit, ut, cùm eam Creontis juſſu occiſam intelligeret, eò quòd Polynicem fratrem humaſſet, ſe ipſum gladio transfodit. 18 Jovem enim ferunt ex duabus noctibus unam feciſſe, ut Herculem conciperet. i. Herculis natales. Jovis & Alcmenæ filii. Vide Plaut. Amphit. Plerique tamen ſentiunt, tres noctes in unam coiſſe. Undè Soſia apud Plautum ita loquitur in Amphit. *Neque ego hac nocte longiorem me vidiſſe cenſeo.* 19 Admetum, qui Alceſtem, Peliæ filiam natu majorem, deſpondente Jaſone, poſt Peliam Medeæ fraude peremptum, uxorem duxit. Deſignat autem hic Ovidius Alceſtidis Tragœdiam, quam Euripedes ſcripſit. Alceſten autem amavit Apollo: quare novem annis Admeti pavit armenta. 20 Theſei Tragœdiam, in quâ deſcribitur Helenæ raptus, ejuſque opera, quam Pirithoo præſtitit ad rapiendam Proſerpinam, raptuſque Phædræ & Ariadnes, Phædræturpis amor erga privignum Hippolytum, & accuſatio: in quibus ſcriptis Poëta contendit amores contineri. De his conſule Heroid. Ep. 21 Proteſilaum Theſſalum, Iphicli filium, Laodamiæ maritum, quem ex cunctis Græcis primum è navi in Terram Trojanorum deſcendentem, vir Dardanus interfecit: cujus mors magnum uxori deſiderium reliquit. Nam eum Laodamia maritum in bello cecidiſſe intellexiſſet, optavit ut ejus umbram videret: quâ re conceſsâ, non deſerens eam, in amplexibus ejus interiit. Vide Heroid. Ep. 13. 22 Euryti, Oechalia, ab Hercule amata: quam cùm pater Eurytus, jam victus, ei tradere recuſaſſet, licet certaminis lege debitam, ita accenſus Hercules Eurytum interfecit, urbeque direptâ Jolen abduxit, poſteaque Hylo filio ſuo uxorem tradidit: Ovid. Met. 6. 23 Deidamia Pyrrhi mater. Lycomedis Scyri inſulæ Regis, filia, apud quem Thetis Achillem ſub muliebri veſte celavit: quoniam à Proteo audiverat, illum periturum eſſe in bello Trojano. Ex eâ Pyrrhum peperit Acchilles cujus amor continebatur in Tragœdiâ Acchillis. 24 Megara, quam Creon, Rex Thebarum, cognitâ Herculis virtute, illi uxorem dedit. Per *Herculis* autem *uxorem* Poëta Herculis Tragœdiam intelligit, in quâ continebantur ejus geſta & mores: ut Omphales, Lydiæ reginæ, apud quam nebat; Deianiræ, quæ ipſum interfecit, aliarumque ejusmodi feminarum.

Hinc

Hùc accedat 25 *Hylæ*, 26 *Iliadesque puer.*
27 *Tempore deficiar, tragicos si persequar ignes,*
Vixque meus 28 *capiet* 29 *nomina nuda liber.*
30 *Est & in* 31 *obscœnos deflexa Tragœdia risus,*
Multaque 32 *præteriti verba pudoris habet.*
Nec nocet 33 *auctori,* 34 *mollem qui* 35 *fecit Achillem,*
36 *Infregisse suis fortia facta* 37 *modis.*
38 *Junxit Aristides Milesia crimina secum:*
39 *Pulsus Aristides nec tamen urbe suâ est.*
40 *Nec, qui descripsit corrumpi semina matrum,*
Eubius impuræ 41 *conditor historiæ.*
Nec, qui composuit nuper 42 *Sybaritida,* 43 *fugit:*
44 *Nec, qui concubitus non tacuêre suos.*
45 *Suntque ea doctorum* 46 *monumentis mista virecrum,*
47 *Muneribusque ducum publica facta patent.*
Neve 48 *peregrinis tantùm defendar ab armis:*
Et 49 *Romanus habet multa jocosa liber.*
50 *Utque suo* 51 *Martem cecinit gravis Ennius ore;*

25 Hylas puer fuit, Herculis comes, quem amisit in Jonià juxta Mysiam. Intelligit autem Poëta aut Tragœdiam de Hylâ, aut Tragœdiam, in quâ Hylas Herculis deliciæ, continebatur. 26 Et Ganymedes Trojanus, filius Troïs regis, & frater Ili & Assaraci, qui à Diis raptus est in principem Jovis. Ut autem Hylas Herculis, sic Ganymedes Jovis amasius fuit. 27 Tempus me deficeret, si amores, qui in Tragœdiis continentur, commemorem. 28 Continebit, accipiet. Apul. *Cum id vasculum vix semiuncium* caperet. Indè *caro* dicitur, quod continet aliquid. 29 Nomina sola eorum, quorum causà composita est Tragœdia, absque aliâ vitæ eorum narratione. Q. d. Sola ipsa nomina Tragœdiarum vix possent numerari, nedùm amores, qui in illis continentur. 30 Tractantur etiam plerumque in Tragœdiis res obscœnæ, quibus ridentes spectatores. 31 Cùm risus sit Tragœdiæ inimicissimus, utpote in materiâ luctuosâ. 32 Præteritæ obscœnitatis. Inducitur enim aliquis olim obscœnum aliquid gessisse; vel *præteriti*. i. violati, neglecti, impudica verba. 33 Homerum, vel alii cuipiam Poëtæ, qui Achillis amores conscripsit. 34 Lascivum. 35 Scripsit. 36 Contaminasse, fortia ejus gesta, ob raptam Briseïda. 37 Modulationibus, versibus. 38 Aristides ingenio suo accommodavit, vel simul scripsit lasciviam & luxuriam Milesiorum, qui impudicissimi fuere. 39 Expulsus patriâ, i. in exilium missus. 40 Nec Eubius historicus exulavit, quòd docuit partus, semina genitalia matrum violari & ejici potione. 41 Quâ exponebat fœminam aliquam potione & veneficiis partum corrupisse. 42 Libros plenos Sybaritanæ proterviæ. Fuit autem *Sybaris* oppidum Calabriæ. 43 Exulavit. 44 Nec illi Poëtæ exularunt, qui varia adulteria carminis complexi sunt. 45 Illa scripta, quamvis sint obscœna, tamen numerantur inter doctorum hominum monumenta. 46 *Monumentum* à *monendo* derivatur, significatque quicquid mortui causâ ædificatum est, vel quicquid ad memoriam alicujus est factum: undè sepulchra, statuæ, tituli, libri, cæteraque, quæ nos rei alicujus præteritæ moneant, *monumenta* dicuntur. 47 Et ea scripta omnibus exposita, aperta & divulgata sunt concedentibus Imperatoribus. 48 Ab externorum scriptorum carminibus. 49 Poëmata à Romanis & Latinis edita. 50 Quemadmodum sunt Poëtæ, qui gravia scripsêre ut Ennius & Lucretius: sic quidam lasciva opera edidere, ut Catullus, & alii. 51 Bellum, prælium, & Annales, versu Heroico.

52 Quia ille usus est sententiis egregiis, sed verbis non multum ornatis, & ordine parum decoro. Unde Virgilius dicere solebat, se ex stercore Ennii aurum colligere. Hic in princi-

52 *Ennius ingenio maximus, arte, rudis :*
Explicat ut causas 53 *rapidi* 54 *Lucretius* 55 *ignis,*
56 Casurumque triplex 57 *vaticinatur opus :*
Sic sua 58 *lascivo cantata est sæpè* 59 *Catullo*
Fœmina, 60 *cui falsum Lesbia nomen erat.*
Nec contentus eâ, 61 *multos vulgavit amores,*
In quibus ipse suum fassus adulterium est.
Par fuit 62 *exigui similisque licentia* 63 *Calvi,*
Detexit 64 *variis qui* 65 *sua facta modis.*
Quid referam 66 *Ticidæ ? quid* 67 *Memmî carmen ? apud quos*
68 Rebus adest nomen, nominibusque pudor.
69 Cinna quoque his comes est, Cinnâque 70 *procacior* 71 *Anser,*
Et 72 *leve* 73 *compositî, parque* 74 *Catonis opus.*
75 Et quorum libris modò dissimulata Perilla,
Nomine nunc legitur dicta, Metelle, tuo.

pio Annalium per somnum in corpus suum intrasse Homeri animam ex Pythagoræ dogmate asserueit. 53 Omnia rapientis & [illegible] Empedoclem imitatus de rerum naturâ scripsit : ac consumentis. 54 [illegible] de naturâ ignis in primo libro multa disputat contra Heraclitum : & sentit ignem, ut alia corpora, fieri ex individuorum corpusculorum, quæ Græci ἀτόμους vocant, concursu. 55 Intellige vel simplicitur ignem materialem, & quo quotidiè utimur ; vel fulmen, ejusque causas, propter epitheton *rapidi*. Ita enim & Virg. 1. Æn. *Ipsa Jovis* rapidum *jaculata è nubibus* ignem, &c. cùm fulmen significaret. Ac de fulminis causis, & undè idem generetur, libro sexto Lucretius agit. De reliquo autem igne, quibus ex causis, & undè in Terras venerit, libro quinto. 56 Et Lucretius canit, quomodo triplex opus. i. tria elementa, sc. aqua, ac cœlum, ac terra interitura sint. Disputat enim Lucretius l. 5. mundum hunc igne interiturum esse, contra eos, qui æternum fore senserunt. Et Ovid. alibi : *Ecce necem intentam cœlo, terræque, fretoque, Casurum triplex vaticinatur opus.* 57 Prædicit tanquam vates & Poëta. 58 Protervo, utpote qui ne Cæsari quidem, jam rerum potio, pepercerit. 59 Epigrammatum scriptori. 60 Quam sub Lesbiæ nomine proponebat, cùm Clodia vocaretur. 61 Fassus est se etiam alias amasse. 62 Corpore sc. i. parvæ staturæ. 63 Oratoris & Poëtæ animosi, qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de principatu eloquentiæ habuit. Amavit Calvus Quintiliam, de quâ Elegias scripsit : ejusque etiam mortem carmine elegantissimo perflevit. 64 Multis variisque carminibus. 65 Amores suos. 66 Ticida Poëta scripsit Elegias de Perillâ, quam amavit. 67 Poëtæ Oratoris mordacissimi : dequo Suet. Cæs. 49. 68 Obscœna propriè dicunt. 69 Q. Helvius Cinna Poëta fuit. 70 Lascivior. *Procax* à *procando* : i. poscendo dicitur. 71 Poëta Antonii, qui ejus laudes scripsit. 72 Molle, lascivum, in quo amatoria continentur. 73 Poëtæ. 74 Valerius Cato præter Grammaticæ libellos etiam poëmata scripsit : ex quibus præcipuè probata fuit Lydia & Diana : de quibus hic Ovidius intelligit. De hoc Suet. in Gram. 75 Et illi Poëtæ, qui suo ac vero nomine Metellam, quæ hactenus sub Perillæ nomine celata fuerat, celebrarunt : quorum nomina Poëta hic reticet.

76 *Is quoque,* 77 *Phasiacas* 78 *Argo qui duxit in undas,*
Non potuit 79 *Veneris furta tacere suæ.* 440
Nec minùs Horrensî, nec sunt minùs 80 *improba* 81 *Servî*
Carmina: quis dubitet 82 *nomina tanta sequi?*
83 *Vertit Aristiden* 84 *Sisenna:* 85 *nec obfuit illi*
Historiæ turpes inseruisse jocos.
Nec fuit opprobrio celebrasse 86 *Lycorida* 87 *Gallo,* 445
88 *Sed linguam nimio non tenuisse mero.*
Credere juranti 89 *durum putat esse Tibullus,*
90 *Hoc etiam de se quòd neget illa viro.*
Fallere 91 *custodem demùm docuisse fatetur,*
92 *Seque suâ miserum nunc ait arte premi.* 450
Sæpè velut 93 *gemmam dominæ signumque probaret,*
Per 94 *causam meminit se tetigisse manum.*
Utque refert, digitis sæpè est 95 *nutuque locutus,*
Et 96 *tacitam mensæ duxit* 97 *in orbe* 98 *notam:*
Et quibus è 98 *succis abeat de corpore* 99 *livor,* 455
Impresso fieri qui solet ore, docet.
Denique ab incauto nimium petat ille marito,
1 *Se quoque uti servet,* 3 *peccet ut illa minùs.*
Scit cui 4 *latretur, cùm solus* 5 *obambulet* 6 *ipse,*

76 Varro, qui Leucadiam amavit.
77 Colchicas: à *Phasi*, Colchorum flumine, per quem Argonautæ in Colchos pervenere.
78 Qui Argonautica conscripsit. *Argos* propriè est navis illa, in quâ Jason cum 54 heroibus Thessalis navigavit Colchos. Dicta est ab *Argo* architecto, vel ab ἀργὸς i. celer. Undè *Argonautæ* dicti sunt Jason, & cæteri, qui primi in Argo navigaverunt. Hanc primam in mari fuisse nonnulli affirmant, & ob eam rem in cœlum fuisse translatam, & inter sydera collocatam. 79 Stupra. 80 Lasciva. 81 Sulpitii. 82 Stilum illorum imitari. 83 Transtulit è Græco in Latinum Aristidæ libros Milesios. 84 Poëta & Orator. 85 Nec nocuit Sisennæ, qui historiam Romanam composuerat, etiam lascivos & impudicissimos illos Aristidæ libellos transtulisse. 86 Amasiam suam. 87 Cornelius Gallus orator eximius, & Poëta non mediocris fuit, & de Lycoride Amorum libros quatuor scripsit. 88 Sed quod is quodam convivio, quòd nimium biberat, de Augusto oblocutus sit, undè mori coactus fuerit. 89 Difficile. 90 Ordo est: *Quòd etiam neget hoc*, &c. i. quia illa adulterium suum marito negat. Vide illum l. 1. El. 6. 91 Qui custodiabat illam, ut adulterium committeret. Id etiam de se ita profitetur Tibul. *Ipse miser docui, quo posset ludere facto Custodes: heu, heu! nunc premor arte meâ.* Id autem docuit El. 2. *Tu quoque ne timide custodes, Delia, falle: Audendum est, fortes adjuvat ipsa Venus.* 92 Quia se. Ipsum quoque fallebat. 93 Annuli. Id ita esse Tib. cecinit: *Sæpe velut gemmas ejus signumque probarem. Per causam meminime tetigisse manum.* 94 Amatoriam. 95 Signis. 96 Signum quod non audiebatur & intelligebatur. 97 In mensâ, quæ rotunda fiebat apud Romanos. 98 Fucis. 99 Invidia.
1 Basiantium. Tib. *Tunc suscos herbasque dedi, queis livor abiret. Quem facit impresso mutua dente Venus.* 2 Non admittat ad uxorem. 3 Ut amica cum aliis non audeat peccare. 4 A cane. 5 Ante fores dominæ. 6 Tibullus.

Cui toties clausus 7 *excreet ante fores.* 460
Multaque dat 8 *furti talis præcepta, docetque*
Quæ nuptæ possint fallere ab arte viros.
Nec fuit hoc 9 *illi* 10 *fraudi: legiturque Tibullus,*
Et placet: & jam te principe notus erat.
Venies 11 *eadem blandi præcepta* 12 *Properti:* 465
Diffiditus minimâ nec tamen ille 13 *notâ est.*
His ego 15 *successi, quoniam* 16 *præstantia* 17 *candor*
Nomina 18 *virorum dissimulare jubet.*
19 *Non timui, (fateor) ne, qua tot îere* 20 *carinæ,*
21 *Naufraga, servatis omnibus, una foret.* 470
Sunt 22 *aliis scriptæ, quibus* 23 *alea luditur, artes:*
24 *Hæc est ad nostros non leve crimen avos.*
25 *Quid valeant tali, quo possis* 26 *plurima* 27 *jactu*

7 Amator alius amicæ Tibulli cum violentia quadam & tussi exspuit, ut audiri posset. 8 Adjecit Tibullus. 9 Illi docenti quod Tibullus. 12 Propertius Elegiarum Poëta fuit. 13 Infamiâ, ignominiâ. 14 Post hos ego quoque eâdem lasciviâ in meis scriptis usus sum. Post exemplum Tibulli & Propertii accommodat Poëta hanc partem catalogi præcedentium exemplorum ad suum institutum, & etiam ita concludit: ac id propter cognationem argumenti, partim ratione temporis. 15 Tempore. 16 Illustria. 17 Pudor, ne adulator videret. 18 Poëtarum viventium: qui quamvis lasciva scripserint, tamen ob eorum splendorum compellor eos tacere. 19 Allegoria est, & significat se illos imitatum, non timuisse periculum, quòd impunè fuerit illis de talibus rebus libros facere. 20 Ingenia Poëtarum. 21 Solus damnarer, servatis cunctis, qui eadem scripsêre. 22 Ab aliis. 23 Ludus tesserarum describitur. *Alea* est ludus quivis, qui casu potiùs, quàm arte, gubernatur. Per similitudinem ponitur pro quavis fortunâ, sive periculo: diciturque, *Aleam omnem jacere*, qui se periculo fortunæque committit: fortunæ enim omnis eventus aneepsae periculosus est, & continuæ mutationi obnoxius. Contrà, *extra omnem aleam aliquid esse* dicitur, de quo dubium non est, quod est extra omne periculum, omnemque controversiam. 24 Hic alearum lusus avorum nostrorum tempore grave crimen habetur. 25 Describêre alii Poëtæ talorum ludum. i. quid quis talorum jactu efficere possit. *Talus* Propriè ossis genus est, in articulo pedis eminens, quadratum formâ: & est tantum animalibus fissas ungulas habentibus. Hoc genere ossiculi ludere veteres consuevêre. Situs ipse tali numerum facit, eumque pro lateris differentiâ diversum. Latus, quod unitatem significat, κύων *Canis* sive *Canicula* (Belgis *esels*) appellatur, in quem conversò talo, deponebatur ab eo, qui jactaverat, nummus unus, aut quantum inter se pacti fuerant, sinè aliquo lucro: idcircò *damnosus canis* hic appellatur, & à Persio *damnosa canicula*. Ejus oppositum *Venus* dicitur, significans septenarium numerum, & is, qui talorum numerum hunc reddidisset, sex lucrifaciebat. Alia duo latera *Chius* & *Senio* dicuntur, ternarium ille, hic quaternarium significans. Nam binarius, & quinarius numerus in talis non erat. *Chius* tres nummos lucrabatur, *Senio* quatuor, Ideò *dexter*: i. felix à Persio dicitur. *Talus* quoque est ea pars, quæ in hominibus imo pede utrimque extuberat propè calcem. Hinc *talaris tunica* appellatur, prælonga, & usque ad talos descendens. 26 Plurimùm, vel plurima puncta, quæ victoriam adferebant. 27 Punto. *Venus* enim in talis victoriam adferebat, ut *Canis* jacturam.

28 Fin-

28 *Fingere*, 29 *damnosos effugiasque* 29 *canes.*
30 *Tessera quos habeat numeros:* 31 *distante vocato,*
32 *Mittere quo deceat, quo* 33 *dare missa modo:*
34 *Discolor ut* 35 *recto grassetur limite* 34 *miles,*
Cùm 36 *medius gemino calculus hoste perit.*
Ut mage velle 37 *sequi sciat, & revocare* 38 *priorem:*
Nec tutò 39 *fugiens incomitatus eat.*
Parva 40 *sedet* 41 *ternis instructa* 42 *tabella lapillis,*
In quâ vicisse est 43 *continuasse suos.*
44 *Quique alii lusus (neque enim nunc* 45 *persequar omnes)*
46 *Perdere*, 47 *rem caram*, 46 *tempora nostra, solent.*
Ecce 48 *canit formas alius,* 49 *jactusque pilarum:*
Hic artem 50 *nandi* 51 *præcipit: ille* 52 *trochi.*
53 *Composita est aliis fuscandi cura coloris.*

28 Componere, formare & exhibere plurimas & inter se diversas talorum facies. 29 Minima puncta damnum adferentia. Sic. l. 2. de Arte: Damnosi *facito stent tibi sæpè* canes. 30 Qui numeri sint in ludo tesserario damnum aut victoriam adferentes. *Tessera* est corpus habens sex latera, quæ quadrata sunt: undè nomen etiam habet *tessera*, non à numero laterum: Græci κύβον vocant. Consistit hic ludus in cognitione numerorum, quibus inscripta sunt latera. 31 Vocato numero, qui distat à victoriâ, i. vocato numero, qui victoriam præstat: aut qui restat ad victoriam obtinendam: quibus verbis significat, Poëtas aliquos docuisse, quomodo tesseris ludendum sit. 32 Quomodo deceat jacere illas parvas tabellas in alveolo. 33 Remittere. Sciendum autem est, eum tesserarum ludum, quo qui plurium punctorum sive unitatum jactum vicisset, depositum inferebat, πλειοβολίνδα παίζειν Græcè vocari. 34 Calculus tuus diversi coloris. Nam in ludo latrunculorum calculi olim fiebant ex vitro, & in duas partes diversi coloris divisi, alii appellantur *milites*, alii *hostes*. Matt. *Insidiosorum si ludis bella latronum, Gemmeus iste tibi* miles & hostis *erit*. 35 Insidietur hosti, dùm miles deprehensus obsidetur, rectâ & apertâ viâ, ne videatur grassari. 36 Miles tuus ab hoste sive duobus adversarii calculis circumventus in periculo versatur, nisi ei succurratur. 37 Hostem sive adversarii calculos insequi. 38 Calculum primò motum, nè fortè per imprudentiam longiùs elapsus, ab hostibus capiatur. 39 Retractus. 40 Est. 41 Hunc trium calculorum ludum vocant. 42 Quâ tesseris vel scrupis ludimus. 43 Directâ linea suos calculos posuisse. Qui enim in tabellâ tres calculos aptè collocaverit, is colluſori unum adimit. 44 Ordo est: *Et alii lusus sunt ab aliis scripti, qui solent perdere tempora nostra, rem caram.* 45 Recensebo. 46 Fallere otium. 47 Rem irrecuperabilem. 48 Versibus alii formas & genera pilarum describsére. 49 Modum ludendi pilâ. *Pila* instrumentum lusorium est rotundum ad similitudinem sphæræ: quo ludo graves quoque & magni viri delectati sunt. *Scævola optime pilâ lusit, atque ad hoc divirticulum animum, forensibus negotiis fatigatum, transferre solebat.* Val. Max. l. 8. c. 8 Idem & Augustus fecit. Ab hujus *pilæ* similitudine, quicquid rotundum est, *pilam* vocamus: cujus Dimunitivum est *pilula*. 50 Natandi. 51 Docet. Hinc artium magistri *præceptores* appellantur: & placita eorum *præcepta*. 52 Artem ludendi trocho. *Trochus* est instrumentum, quod à ludentibus pueris scuticâ agitatur & rotatur. 53 Docuêre etiam alii rationem atque artem, undè color corporis fuscus, i. niger redderetur. *Fuscum* enim significat nigrum.

54 Alii professi sunt popinæ scientiam. i. quomodo epulæ parari deberent: inter quos etiam Apicius, de quo Senec. de vitâ Beatâ.

Epulum significat publicum convivium propatulo numerosis civibus exhibitum:

54 *Hic epulis leges,* 55 *hospitioque dedit.*
Alter humum, de quâ 56 *fingantur pocula, monstrat:*
57 *Quæque, docet, liquido testa sit apta mero.* 490
58 *Talia ludantur* 59 *fumoso mense Decembri,*
Quæ damno nulli composuisse fuit.
60 *His ego deceptus,* 61 *non tristia carmina feci,*
Sed tristis nostros 62 *pœna secuta jocos.*
Denique 63 *non video de tot scribentibus unum,* 495
Quem sua perdiderit Musa; repertus ego.
Quid si scripsissem 64 *mimos obscœna* 65 *jocantes,*
Qui semper vetiti 66 *crimen amoris habent?*
In quibus assiduè 67 *cultus procedit adulter,*
68 *Verbaque dat stulto callida* 69 *nupta viro.* 500
70 *Nubilis hæc virgo, matronaque, virque, puerque*
71 *Spectat: & ex magnâ parte* 72 *Senatus adest.*
Nec satis 73 *incestis* 74 *temerari* 73 *vocibus aures:*

54 Alii professi sunt popinæ scientiam. i. quomodo epulæ parari deberent: inter quos etiam Apicius, de quo Senec. de vitâ Beatâ. *Epulum* significat publicum convivium propatulo numerosis civibus exhibitum: uti in funere magni alicujus viri. 55 Hospitibus, quibus lautiores epulæ apponi solent. *Hospes* propriè is dicitur, qui privatim & amicitiæ causâ alterum hospitio excipit, vel etiam excipitur. Ovid. *Non* hospes *ab* hospite *tutus.* Hospes item pro peregrino accipitur. Ter. *Nunc me* hospitem *lites sequi, quàm hic mihi sit facile atque utile, aliorum exempla commonent.* 56 Formentur fictilia vasa, quæ apud Romanos maximo in pretio erant. *Fingere* enim propriè est formare. Cic. Finxit *enim te ipsa natura ad honestatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinem animi, justitiam, ad omnes denique virtutes magnum hominem & excelsum.* Undè & *figuli* dicuntur, qui ex cretâ atque argillâ opera formant seu faciunt: & *figulina*, i. officina, in quâ hujusmodi opera fiunt; & opera ipsa *fictilia* dicuntur. Aliquando *fingere* est simulare, quoniam ea, quæ simulamus, ita formamus, ut vera esse videantur. 57 Quod vas fictile & ex terrâ. Q. d. Duo alii docent, & ex quo genere terræ fiant pocula, & quod ex his magis sit aptum potui. 58 Talia carmina sive poëmata per lusum componuntur ac recitantur Decembri Mense, quo Saturnalia celebrantur, quibus diebus summa rerum licentia est, ludereque impunè antiquitùs permissum. *Saturnalia* à *Saturno* dicta sunt: erat enim dies Saturno festus. *Saturnalia* à veteribus mense Decembri uno die celebrari solebant. Is erat ad 14 Kal. Jan. Posteà in triduum, indè in septem dies propagata sunt. Bellum his diebus sumere nefas habebatur: quoniam regni Saturni tempora nullis bellis vexata fuerant. Mittebant his diebus sibi invicem munera: & quæ primò mittebantur *Xenia*, quasi *hospitalia*. i. ad hospites missa vocabantur: quæ verò remittebantur, *Apophoreta*. 59 Quo ignes, fumum dantes, excitantur ad frigus dissolvendum. 60 Horum exemplo, imitatione. 61 Jocosa ac læta. 62 Exilium. 63 Nullum alium video Poëtam. 64 Poëmata sine reverentiâ lasciviam imitantia: à μιμεῖσθαι. i. *imitari.* i. mores, aut aliam rem ab aliquo gestam, effingere. Undè *mimi.* i. imitatores dicuntur histriones, quod hominum genus in scenâ effingerent: quòd si fœminæ sint, *mimæ* dicuntur. 65 Jocis suis immiscentes. 66 Criminationem. 67 Ornatus in scenam venit in adulterio vivens. Componi videtur *adulter* ex *ad* & *alter* seu *altera:* quòd ille ad *alteram*, & hæc ad *alterum* se conferat. 68 Et decipit. Ter. *Cui* verba dare *difficile est.* 69 Uxor. 70 Apta conjugio, matura viro. 71 Dum agunter. 72 Senatores adsunt: ideoque illis etiam specialis locus datus. 73 Impudicis verbis, de incesto agentibus. *Incestus* sive *incestum* (quasi *non castum*) est crimen, quod committitur cum eâ, cum quâ illicitum alioquin matrimonium fuisset, ut cum matre, sorore, aut aliis hujusmodi. 74 In temeritatem induci, pollui, violari.

Assue-

Assuescunt oculi multa 75 *pudenda pati.*
Cùmque fefellit amans 76 *aliquâ novitate maritum,*
77 *Plauditur, & magna* 78 *palma favore* 79 *datur.*
80 *Quodque minùs prodest, pœna est lucrosa Poëtæ,*
Tantaque non parvo crimina 81 *Prætor emit.*
82 *Inspice ludorum sumptus, Auguste, tuorum,*
83 *Empta tibi magno talia multa leges.*
84 *Hæc tu spectasti, spectandaque sæpè dedisti:*
Majestas adeò 85 *comis ubique tua est.*
86 *Luminibusque tuis,* 87 *totus quibus utitur orbis,*
88 *Scenica vidisti* 89 *lætus adulteria.*
Scribere si fas est imitantes 90 *turpia mimos;*
91 *Materiæ minor* 92 *est debita pœna meæ.*
An 93 *genus hoc scriptis faciunt sua* 94 *pulpita tutum,*
95 *Quodque libet mimis, scena licere dedit?*

75 Obscœna, quæ fiunt in scenâ ab ipsis mimis.
76 Aliquo novo invento, dolo, qui in eo poëmate à mimographis describitur.
77 Cum lætitiâ excipitur: quod in fine Comœdiarum, si populo placerent, fieri solebat. *Plaudere* est manibus pulsare, & strepitum facere, quod vel lætitiæ, vel derisionis causâ fieri solet. A quo explodere. i. manibus cum sono pulsantibus è domo, scholâ, theatro, aut alio conventu ejicere. 78 Victoria: quoniam apud veteres in certaminibus victoriæ *signum palma* erat. Quod ideò institutum constat, quoniam natura hujus ligni est, ut urgentibus prementibusque non cedat. Nam si super palmæ arboris lignum magna pondera imponantur, & adeò oneretur ligno, ut magnitudo oneris sustineri non possit, non deorsum palma cedit, ut cæteræ arbores: sed adversus pondus surgit, & sursùm nititur recurvaturque ut pondus rejiciat. Hinc *palmata* sive *palmatæ togæ* dicta est, quâ triumphantes, & qui palmam meruerant, utebantur. 79 Conceditur. 80 Ordo est: *Et id, quod minùs prodest, est pœna lucrosa Poëtæ.* i. lucrantur Poëtæ ex eo opere, quod minùs prodest, cùm pœnâ afficiendi essent. 81 Prætores enim seu Ædiles ludos aliquando populo exhibebant, & à Poëtis fabulas emebant, quas ludorum die recitari jubebant. Undè legimus Andriam Terentii actam ludis Megalensibus: aliam ludis Funebribus: aliam ludis Romanis: ubi etiam Ædilium nomina describuntur. *Prætor* dictus est quasi *præitor*, á *præeundo*, quòd populo præiret in jure & exercitu: & sic Consules primùm *Prætores* appellati fuêre. Post autem cùm Consules ab Urbe bellorum finitimorem gratiâ avocarentur, neque esset, qui in civitate jus reddere posset, factum est, ut Prætor quoque crearetur, qui jus in Urbe diceret, qui propterea *Præter Urbanus* appellatus est. 82 Amplificat hoc Augusti exemplo, quòd splendidè apparatis ludis etiam ipse poëmata hujus generis adhibuerit, ac horum spectator & approbator fuerit. 83 Comœdias multo pretio remuneratas. 84 Vide Suet. Aug. c. 43. 85 Blanda, affabilis. 86 Oculis. 87 Quibus totum orbem vides ac gubernas. 88 Quæ à mimis in theatro repræsentata fuêre. 89 Cum applausu. 90 Obscœna. Imitabantur enim inhonestos hominum mores, ac naturas: undè etiam *mimi* dicti sunt ut diximus. 91 Ordo est: *Pœna minor est debita meæ materiæ.* Q. d. Si mimographi non puniuntur, qui magis turpia scripsêre, nec ego puniendus sum: quandoquidem materia mea honestior est mimorum scriptis. 92 Debetur. 93 Comœdias. 94 Proscenia, quæ erant ante scenam, ubi ludicra exercebantur: vel theatra, quorum pulpitum pars est, Synecdoche. 95 Et an scena dedit mimis omnem licentiam? *Scena* frons est theatri.

Et mea sunt populo [96] *saltata poëmata sæpè :*
[97] *Sæpè oculos etiam detinuêre tuos.*
[98] *Scilicet in* [99] *domibus vestris ut* [1] *prisca virorum*
[2] *Artifici* [3] *fulgent corpora picta manu :*
Sic, quæ concubitus varios, Venerisque figuras
[4] *Exprimat,* [5] *est aliquo parva tabella loco :*
[5] *Utque sedet* [6] *vultu fassus* [7] *Telamonius iram,*
Inque oculis facinus [8] *barbara mater habet :*
Sic [9] *madidos digitis siccat Venus uda capillos :*
[10] *Et modò* [11] *maternis tecta videtur aquis.*
Bella [12] *sonant alii telis instructa cruentis,*
Parsque [13] *tui generis, pars tua facta canit.*
[14] *Invida me* [15] *spatio natura coërcuit* [15] *arcto,*
Ingenio vires exiguasque dedit.
Et tamen ille tuæ felix [16] *Æneïdos auctor*
Contulit [17] *in Tyrios* [18] *arma virumque* [17] *toros.*
Nec legitur [19] *pars ulla magis* [20] *de corpore toto,*
[21] *Quâm non legitimo* [22] *fœdere junctus amor.*
[23] *Phyllidis hic* [24] *idem, tenerosque* [25] *Amarillidis*
[26] *ignes*

96 In scenis acta fuêre, quæ mihi tum quoque illam licentiam dare debuisset. 97 Te spectante. 98 Quemadmodùm in ædibus sunt quædam honesta, quædam verò turpia : sic ego scripsi varia poëmatum genera, laude aut vitupetatione digna. 99 Palatinâ porticu 1 Corpora virorum fortium seu heroum, qui priscis temporibus fuêre 2 Artificiosâ. 3 Apparent. 4 Ostendat. 5 Qualia fuerunt illa cubicula, quæ Suetonius Tib. c. 43. scribit tabellis ac sigillis lascivissimarum picturarum ac figurarum adornata fuisse. 5 Tabulas Ajacis & Medeæ intelligit, à Cæsare ante ædem Veneris Genitricis dicatas. 6 Ostendens picto vultu, se esse iratum, quòd arma Achillis Ulyssi in virtutis singulare præmium adjudicata essent. 7 Ajax Telamonis filius. Lege Met. 13. v. 384. 8 Medea, ex cujus oculis colligi poterat, magnum esse quod pareret. Senec. Mede. Medea enim irata, quòd Jason evaserat incendium domus Creontis, cujus filiam Creusam uxorem duxerat, omnes natos jugulavit, excepto uno, qui fugit, Thessalo. De Medeæ sævitiâ sic Virg. *Sævus amor docuit natorum sanguine matrem Commaculare manus : crudelis tu quoque mater.* In eâ igitur Tabulâ Medeæ, filios occidentis facinus continebatur : quæ omnia dicit Poëta picta fuisse in locis Imperatoris Augusti : quibus verbis concludit magis hæc fuisse ejicienda, quàm scripta sua. 9 Nuda crinem pectit. 10 Et apparet paulò antè tecta fuisse mari, è cujus spumâ nata fuisse dicitur. 11 Ex quibus orta est. 12 Describunt. 13 Lucii, Caji, Tiberii, Drusi, Germanici & aliorum. 14 Invidens gloriæ meæ. Dicit sibi à naturâ non esse tantum ingenii concessum, ut possit Augusti laudes describere. 15 Augustâ scribendi materiâ. 16 Virgilius, qui in Augusti gratiam scripsit Æneïda. 17 In lectum Tyriæ Didonis. Innuit autem quartum Æneïdos librum. Quibus verbis colligit, in honesta etiam operi suo inseruisse Virgilium. 18 Æneam ejusque bella, quæ in Italiâ contrâ Latinum & Turnum gessit. i. ab Æneâ ejusque gestis ad lasciva describenda pervenit. 19 Quartus liber Æneïdos : qui propter carminis lasciviam & affectus plurimum delectat, & magis, quàm cæteri, legitur. 20 De toto opere Æneïdos. 21 Quam Didonis cum Æneâ illicitus concubitus. 22 Conjugio vetito. Undè Virg. *Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.* 23 Ecl. 3. 24 Virgilius. 25 Ecl. 8. 26 Amores.

27 Buco-

27 *Bucolicis juvenis luſerat antè* 27 *modis.*
Nos quoque jam pridem 28 *ſcripto peccavimus iſto.*
29 *Supplicium patitur non nova culpa novum.*
Carminaque 30 *ediderам, cùm te* 31 *delicta notantem*
Præterii toties 32 *irrequietus eques.*
Ergo quæ juveni mihi non nocitura putavi
Scripta parùm prudens, nunc nocuêre ſeni.
Sera 33 *redundavit veteris vindicta libelli,*
Diſtat & à 34 *meriti tempore pœna ſui.*
Ne tamen omne meum credas opus eſſe 35 *remiſſum,*
Sæpè dedit noſtræ 36 *grandia vela ratі.*
Sex ego Faſtorum ſcripſi totidemque libellos:
37 *Cumque ſuo finem menſe volumen habet.*
Idque tuo nuper ſcriptum ſub nomine, Cæſar,
Et tibi 38 *ſacratum* 39 *ſors mea* 40 *rupit opus.*
41 *Et dedimus* 42 *tragicis ſcriptum* 43 *regale* 42 *cothurnis:*
Quæque 44 *gravis debet verba* 44 *cothurnus habet*
45 *Dictaque ſunt nobis, quamvis* 46 *manus ultima cœpto.*
Defuit, 47 *in facies corpora verſa novas.*
Atque utinam 48 *revocet animum plauliſper ab irâ,*
Et 49 *vacuo jubeas* 50 *hinc tibi pauca legi:*
51 *Pauca, quibus primâ ſurgens ab origine mundi*

27 Bucolicis verſibus: à *cuſtodiâ boum*, i. ἀπὸ τῶν βοηκόλων qui dicuntur, *armentarii*, ſic dictis quod præcipua animalia apud ruſticos ſint boves: βοῦς enim Græcè *bos* dicitur. Hoc autem carmen humile eſt, ruſticæque in eo perſonæ introducuntur.

28 Laſcivo ſcribendi genere. Scripſit enim juvenis primùm libros de Arte amandi. 29 Non novum crimen ſcribendi amatoria patitur novam pœnam: nam cum jam diu hæc ſcripſerim, nunc tandem punior. Vel ſic: Cùm alii etiam laſciva poëmata ediderint, ſolus afficior novo ſupplicio, quo in nullum antè me hanc ob cauſam animadverſum fuit. 30 In lucem emiſeram, & publicè legenda dederam. 31 In equiſtrio. 32 Non notatus ſum, nec ab equo detractus quod facinoroſis fieri à Cenſoribus ſolebat. 33 Acceſſit, rediit. *Plaut. Hoc facinus in tuum* redundabit *caput.* Interdum ſignificat abundo. 34 Culpæ ſuæ. 35 Abjectum, humile, laſcivum, ſolutum. i. me juvenilia & amatoria ſcripſiſſe. 36 Majorem materiam. i. ſæpè magna & gravia poëmata feci. 37 Et unuſquiſque liber cum menſe finitur. Sic Faſt. 2. *Cumque ſuo finem menſe libellus habet.* 38 Dicatum. 39 Infortunium, exilium meum. Sic l. 1. El. 4. *O cui præcipuæ ſors mea viſa ſua eſt.* Eo enim tempore in exilium miſſus eſt, quo opus illud ſcripſit. 40 Abrupit, imperfectum reliquit: Sic ſuprà: *Infelix domini quod fuga* rupit opus. 41 Tragœdiam Medeam intelligit. 42 Tragico ſtilo. Tragœdiæ enim calceamentum eſt *cothurnus*, ut Comœdiæ *ſoccus.* 43 Regum facta continens. 44 Gravis Tragicus ſtilus. Graves enim perſonæ & reges in Tragœdiis introducuntur. Undè ſuprà dixit: *Omne genus ſcripti gravitate Tragœdia vincit.* 45 Et conſcripta ſunt à me. 46 Caſtigatio, cura. Opus enim illud emendatum emiſit. 47 Corpora mutata in novas figuras. Ex quo Metamorphoſin ſignificat. 48 Sedatum animum ab irâ habeas. 49 Otioſo. 50 Ex hoc Metamorphoſeos opere. 51 Incipiens.

In tua 52 *deduxi tempora, Cæsar, opus :*
Aspiceres quantum dederis mihi 53 *pectoris ipse,*
54 *Quoque favore animi teque tuosque canam.*
Non ego 55 *mordaci distrinxi carmine quenquam,*
Nec meus 56 *ullius crimina versus habet.*
57 *Candidus à* 58 *salibus* 59 *suffusis felle refugi :*
Nulla 60 *venenato littera mista joco est.*
Inter tot 61 *populi,* 62 *tot scripti millia nostri,*
Quem 63 *mea Calliope læserit, unus ero.*
Non igitur nostris ullum gaudere 64 *Quiritem*
65 *Auguror, at multos indoluisse, malis.*
Nec mihi credibile est quemquam 66 *insultare jacenti,*
67 *Gratia candori si qua relicta meæ est.*
His, precor, atque aliis possint 68 *tua numina flecti,*
O pater, & patriæ cura salusque tuæ.
Non ut in 69 *Ausoniam redeam, nisi forsitan olim,*
Cum longo pœnæ tempore 70 *victus eris.*
71 *Tutius exilium, paulòque quietius oro,*
72 *Ut par delicto sit mea pœna suo.*

52 Protraxi, scripsi. Sic. Met. *In Primâque ab origine mundi : Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.* 53 Animi & facundiæ. *Pectus* quidam quasi *pactus*, dici volunt à *compactis* coitis, quæ veluti firmamenta pectoris sunt. 54 Id præsertim in operis fine apparet. 55 Satyrâ aliquem laceravi, læsi sive offendi. 56 Criminationes alicujus. 57 Ego innocens, sincerus. 58 Jocis. 59 Aspersis amaritudine, sive mordacibus. 60 Mordaci, ledenti. 61 Romanorum. 62 Inter tot millia nostrorum carminum. 63 Meum carmen offenderit : quia in exilium missus sui sub prætextu carminum Artis amatoriæ. Sic paulò superiùs. *Quem sua perdiderit Musa, reperta ego.* 64 Civem Romanum *Quirites* enim dicti sunt Romani à *Quirino*, i. Romulo, urbis Romæ conditore. 65 Puto. 66 Deridere me miserum. 67 Modo par pari referant. 68 Divinitas tua possit commoveri, molliri. Ovid. Flectitur *iratus voce rogante Deus.* 69 Italiam. 70 Placatus, mitigatus. 71 Locum magis tutum, quàm Pontum sive Tomum. 72 Ut talis sit pœna, quale meruit crimen meum, quod est perexiguum.

P. OVIDII NASONIS
TRISTIUM
LIBER TERTIUS.

ELEGIA I.

1 *Missus in hanc venio* 2 *timidè liber* 3 *exulis* 4 *urbem:* (*num.*
5 *Da placidam* 6 *fesso, lector amice,* 7 *manum.*
Neve reformida, ne sim tibi forte 8 *pudori:*
Nullus 9 *in hac chartâ versus amare docet.*
Nec domini fortuna mei est, ut debeat illam 5
Infelix 10 *ullis dissimulare jocis.* (*æv.*
11 *Id quoque, quod* 12 *viridi quondam malè lusit in*
(Heu nimium serò) damnat, & odit 11 *opus.*
Inspice quid 13 *portem: nil hic* 14 *nisi triste videbis;*
Carmine temporibus conveniente suis. 10
15 *Clauda quòd alterno subsidunt carmina versu,*
16 *Vel pedis hoc ratio,* 17 *vel via longa facit.*
18 *Quòd neque sum* 19 *cedro flavus, nec* 20 *pumice lævis,*

1 In hac totâ Elegiâ est Prosopopœia. Fingit enim Ovidius hoc suum opusculum, seu librum venire in urbem Romam ipsius mandato, sordidum quidem & incultum: inducitque illum errare per varia urbis loca, precarique Augustum, ut patri exuli & Poëtæ det veniam. Sed cùm nusquam recipi se videat, rogat minus plebejas, ut eum illæ saltem accipiant, ut habeat ubi possit divertere. 2 Qui in Augustum timeo. 3 Exulantis Ovidii. 4 Romam. 5 Placidè me suscipe; *vel*, placidus & benignus fessum me itinere longo adjuva. *Dare* enim *manum*, significat quasi manu alicui opem ferre. 6 Longo itinere fatigato. 7 Auxilium. Metaph. 8 Dedecori, infamiæ. 9 In hoc toto libro. 10 Celare ac tegere infortunium suum ullis versibus sive scriptis amatoriis, aut jocosis. 11 De Arte amandi. 12 In juventute suâ, quod illi malè cessit, composuit. 13 Contineam. 14 Intelligit autem opus hoc de Tristibus, ubi tristia tractantur. 15 Sint compositi versu Elegiaco, qui constat ex Hexametro longiore, & Pentametro breviore. 16 Quia in Pentametro requiruntur quinque pedes tantùm, cùm in Hexametro sint sex: undè etiam nomen accepêre. Pentametro igitur dicit, pedem deesse debere, ne sit par Hexametro. Et quidem alter altero longior est uno pede. Ideò *claudum* appellavit. 17 Ut in hominibus solet fieri, qui longo itinere claudicant, sic innuit Poëta, longo itinere claudum factum. 18 In his quatuor versibus addenda sunt verba, *Hoc facit, quod*, &c. aut similia. 19 Succo cedrino, ut ævum ferre possint: nam cedrus (ut suprà diximus) nunquam cariem sentit, & illita succo illius immunia sunt à tineis. 20 Pumicibus politus. Pumicibus enim lævigantur libri & poliuntur, postquam perfecti & ligati sunt. *Pumices* sunt lapides eroſi, sed hi propriè (ut scribit Plinius) qui in usu sunt corporum lævigandorum. Probatio eorum est in candore, ac minimo pondere, & ut maximè aridi sint, ac teri faciles, nec in fricando arenosi.

21 Puduit me esse ornatiorem & cultiorem prodite auctore ipso. Sic El. 1. l. 1. *Vade, sed incultus: qualem decet exulis esse, Infelix habitam temporis hujus habe.*

22 Charta.

23 Maculas.

24 Commaculavit, deformavit.

25 Fortè.

26 Ignara linguæ Latinæ.

27 Sequitur petitio de monstrando itinere. 28 Si id vobis molestum non sit. 29 Quâ viâ ad Augusti ædes proficiscendum sit. 30 Peregrinus: modò enim missus sum ex Ponto, ideòque vias ignoro. 31 Clam non palàm. 32 Hæsitante, præ metu blæsâ. 33 Viam. 34 Hæc sunt verba precantis libri, ut, qui sibi iter monstrarit, possit in patriâ molliter mori. 35 Qui mihi viam monstrasti. 36 Ovidio. 37 Jucundè, hilariter, & procul omni molestiâ. 38 Ducito me ad Augusti ædes. 39 A longinquâ orbis parte. i. è Scythiâ. 40 Monenti mihi, ut duceret me. 41 Hæc est expositio itineris, quod fingitur fecisse Romæ: narrat enim liber, in quæ loca subinde pervenerit, illo ducente. 42 Δεικτικῶς quasi manu intentâ ostendat. 43 Forum Augusti, ubi jus dicebatur. *Forum* enim aliquando est locus, in quo judicia excercentur, in quo cum populo lites tractantur: undè & *forenses* dicuntur, qui in foro versantur: & *forensis*, è, adjectivum, quod ad forum judiciale pertinet. Undè *forenses causæ* dicuntur, quæ in foro judiciali aguntur. *Forum* propriè dicitur negotiationis locus, quò res venales afferuntur: à ferendo nomen habens. 44 Via sacra, foro Augusti, qui in Capitolio habitabat, vicina dicta, quòd per eam ab arce. i. à Capitolio, ad augures sacra ferebantur: vel quòd in eâ fœdus ictum sit inter Romulum & Tatium. 45 In Palatio Vestæ templum est, in quo Palladium servatur. Euntes enim ad Augusti ædes, templum Palladis transibant, in quo ejus Deæ Palladium erat. i. Palladis simulacrum, è ligno compactum movens oculos atque hastam, quam manu gestabat. Nam cùm apud Trojam in honorem Palladis arx, & in ejus summo templum illi ædificaretur, è cœlo cecidit, & in templo, nondùm tecto, lucum sibi delegit, mox que ab Apolline redditum est oraculum, ejus civitatis futurum esse exitium, si id simulacrum extra mœnia portaretur. Quo factum est, ut tempore belli Trojani Diomedes & Ulysses per cloacas ascenderint in arcem, & occisis custodibus, simulachrum fustulerint. 46 Perpetuum, qui in templo Vestæ servabatur. 47 Quæ juncta erat templo Vestæ.

21 *Erubui domino cultior esse meo.*
22 *Littera suffusas quòd habet maculosa* 23 *lituras,*
24 *Læsit opus lacrymis ipse Poëta suum.*
Si quâ videbuntur 25 *casu non dicta Latinè,*
In quâ scribebat, 26 *barbara terra fuit.*
27 *Dicite lectores,* 28 *si non grave,* 29 *quà sit eundum,*
Quasque petam sedes 30 *hospes in Urbe liber.*
Hæc ubi sum 31 *furtim linguâ* 32 *titubante locutus,*
Qui mihi monstraret, vix fuit unus, 33 *iter.*
34 *Dii* 35 *tibi dent, nostro quod non tribuere* 36 *Poëtæ,*
37 *Molliter in patriâ vivere posse tuâ.*
38 *Duc age, namque sequar: quamvis terrâque, marique,*
39 *Longinquo referam lassus ab orbe pedem.*
40 *Paruit:* 41 *& ducens,* 42 *Hæc sunt* 43 *Fora Cæsaris, inquit:*
Hæc est 44 *à Sacris quæ via nomen habet.*
45 *Hic locus est Vestæ, qui Pallada servat: &* 46 *ignem:*
Hæc fuit antiqui 47 *regia parva Numæ.*

Inde

Inde 48 *petens dextram, Porta est, ait, ista* 49 *Palatî:*
50 *Hinc fator:* 51 *hoc primum* 52 *condita* 53 *Roma loco est.*
54 *Singula dùm miror,* 55 *video* 56 *fulgentibus armis*
57 *Conspicuos postes,* 58 *tectaque digna Deo.*
Et 59 *Jovis hæc, dixi domus est: quod ut esse putarem,*
60 *Augurium menti* 61 *querna corona dabat.*
62 *Cujus ut accepi dominum,* 63 *Non fallimur inquam:*
64 *Et magni verum est hanc Jovis esse domum.*
65 *Cur tamen appositâ velatur janua lauro?*
Cingit & Augustas arbor 66 *opaca* 67 *fores?*
68 *An quia* 67 *perpetuos meruit domus ista* 69 *triumphos?*
An quia 70 *Leucadio semper amata Deo est?*
71 *Ipsa, ne quòd festa est? an quòd facit omnia festa:*
72 *Quam tribuit terris, pacis an ista* 73 *nota est?*
Vique 74 *viret laurus semper,* 75 *nec fronde caducâ*
Carpitur: 76 *æternum sic habet illa decus.*

48 Convertens se ad dextram.
49 Regiæ Augusti. *Palatia* ædes superbæ amplique vocantur, à *Palatio*, præcipuo Urbis Romæ monte. Vide supr.
50 Hic pater Romulus primùm habitavit.
51 In monte Palatino.
52 Ædificata est à Romulo.

53 Urbs Italiæ, regina urbium, & totius mundi caput. 54 Forum Augusti, viam Sacram, ædem Vestæ, &c. 55 Hîc ædes Augusti, in Palatio factas, laudat Ovidius. 56 Ab hostibus detractis. Solebant enim postes, portas, & vestibula ædium, atria quoque spoliis & armis, quæ hostibus ademissent, exornare, clypeis, galeis, &c. 57 Claros, decoros, ut omnium oculos in se converterent. 58 Palatium dignum Augusto. 59 Augusti. 60 Signum. 61 Corona ex quercu, foribus Palatii propositæ: quæ arbor erat in Jovis tutelâ. 62 Postquam intellexi Augustum illic habitare, eiusque regiam esse. 63 Dicendo Jovis domum esse. 64 Quia Augustus Jupiter erat. 65 Cur tamen Cæsaris janua lauro tegitur, ut minùs conspici possit? Laurus maximo in honore apud veteres fuit, dicata triumphis, & ante limina, ac in domibus Cæsarum Pontificumque, & magnorum seri solita. Pacifera hæc arbor vocatur, quia etiam inter armatos hostes prætensa, quietis erat judicium. Romani præcipuè lætitiæ, & victoriarum nuntiam habebant. 66 Densa, quia folia nunquam amittit. 67 Hinc Martialis vocat Penates *laurigeros*, quòd ante Imperatorum domum fita esset laurus. Vide Met. 1. v. 562. 68 Rationem primam reddit, cur Augusti janua lauro velaretur, & eâ Augustus coronaretur. 69 Ut perpetuò triumpharet? Triumphantibus enim laurus dabatur. 70 A Deo Apolline: sic dicto à *Leucadiâ*, Græciæ peninsulâ. Amat Apollo laurum propter Daphnem in eam commutatam. Hoc docet Ovid. Met. 1. *At quoniam conjux meâ non potes esse, Arbor eris certè, dixit, mea: semper habebunt Te coma, te citharæ, te nostræ, laure, pharetræ. Tu ducibus lætis aderis, cùm lata triumphum Vox canet, & longas visent Capitolia pompas.* 71 An quia Romanis ea lætitiæ victoriarumque nuncia est, facitque omnia festa & læta, omniumque mentes exhilarat? Ideòque deponebatur etiam in gremio Jovis, quoties lætitiam victoria novam attulisset. 72 Quam terris dedit. Nam Augustus post multa bella pacatum orbem tenuit. 73 Signum: quia prætensa inter armatos hostes, quietis erat indicium. 74 Viridis est. 75 Nec unquam frondes amittit. 76 Sic ista domus perpetuò floret.

77 Quare corona querna posita sit, testatur tabella apposita. 78 Superior enim pars janue frondibus lauri ornabatur, cui subjecta erat corona querna, quæ ei dabatur, qui civem servasset, & *civica* dicebatur. 70 Quod esset corona civica data illi, qui civem servasset.

77 *Causa* 78 *super positæ scripto testante coronæ*
79 *Servatos cives indicat hujus ope.*
80 *Adjice servatis unum*, 81 *Pater optime*, 82 *civem*,
Qui procul 83 *extremo pulsus in orbe* 84 *latet.* 50
85 *In quo pœnarum, quas se meruisse fatetur,*
Monfacinus causam, sed suus error habet.
86 *Ne miserum vereorque* 87 *locum*, *vereorque* 88 *potentem*,
Et quatitur trepido littera nostra metu.
Aspicis 89 *exsargui chartam pallere colore?* 55
Aspicis 90 *alternos intremuisse* 91 *pedes?*
91 *Quandocunque precor nostro placata parenti*,
92 *Iisdem sub dominis aspiciare domus.*
Indè 93 *timore pari gradibus sublimia celsis,*
Ducor ad 94 *intonsi* 95 *candida Templa* 96 *Dei*, 60
96 *Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis*
Belides, *&* 97 *stricto barbarus ense* 98 *pater:*

80 Adjunge cæteris servatis civibus. 81 Auguste pater patriæ. 82 Ovidium. 83 In extremâ parte orbis, i. in Scythiâ. 84 Al. *jacet*. 85 Agit liber causam domini sui. Ordo est: *In quo*, sc. cive Ovidio, *non facinus, sed suus error, habet causam pœnarum*. i. continet causam, vel est causa exitii, &c. 86 Sequitur affectus ex ædium illarum aspectu, & precatio de perpetuis ejus domus habitatoribus. 87 Capitolium. 88 Augustum. 89 Pallido, quòd pallentes videantur sanguine carere, cùm sanguis, per extrema diffusus, sit causa ruboris: contra, recedente sanguine, subitò pallescimus, ut in metu videmus accidere, cùm sanguis se recipit ad interiora. *Exsangue* propriè id dicitur, quod est sinè sanguine. 90 Dactylum & Spondæum, qui pedes sunt carminis Hexametri & Pentametri. 91 Quandocunque (non enim tempus præfinio) placeris parenti nostro, i. Ovidio operis auctori. 92 Maneas in eâdem stirpe. Optat Cæsaris vitam & incolumitatem longissimam, atque ita ab ædibus recedit. 93 Pari metu, quo per Urbem hactenus incessi. Al. *tenore*. i. ordine. 94 Apollinis criniti, qui comam non tondet. Capillis prolixis Sol pingitur, quia radios extendit usque in longissima. 95 Propter marmor, quo templa tecta & ornata erant: vel propter elegantiorem structuram. 96 In cujus templi columnis duabus alternatim inscultæ sunt statuæ: in unâ quidem Belides. i. quinquaginta Danai filiæ. Est enim Patronymicum ab avo paterno deductum. Nam Belus pater fuit Danai & Ægypti. 97 In alterâ visebatur pater Belidum crudelis nudo gladio filiabus necem minitans, nisi patrueles suos, Ægypti totidem filios, unâ nocte omnes jugularent. 98 Danaus, qui 50 habuit filias: cujus cum frater Ægyptus totidem filios haberet, peteretque ab eo, ut filias illis in matrimonium daret, Danaus, quod ab oraculo accepisset, se manibus generi moriturum, diu id recusavit. Coactus tandem à fratre, nuptias celebrat. Puellæ, acceptis à patre gladiis, ut jussum erat, primâ nocte viros occiderunt. Sola Hypermnestra Linum maritum suum servavit: ob quam impietatem tali supplicio apud inferos plecti fabulantur Poëtæ, ut assiduè dolium pertusum aquâ coganiut implere, è quo tantundem effluit, quantum, infunditur. Tib. *Et Danai proles, Veneris quia numina læsit. In cava lethæas delia portat aquas.* Vide Heroid. Ep. 14.

99 *Quæque*

99 *Quæque viri docto veteres fecêre novique*
Pectore, lecturis inspicienda patent.
1 *Quærebam fratres, exceptis scilicet* 2 *illis,*
3 *Quos suus optaret non genuisse pater.*
Quærentem frustrà 4 *custos* 5 *è sedibus illis*
Præpositus 6 *sancto* 7 *jussit abire* 6 *loco.*
8 *Altera templa peto vicino juncta theatro:*
9 *Hæc* 10 *quoque erant pedibus non adeunda meris.*
11 *Nec me, quæ* 12 *doctis patuerunt prima* 12 *libellis*
Atria, libertas tangere passa sua est.
13 *In genus auctoris miseri fortuna* 14 *redundat,*
15 *Et patimur nati, quam tulit ipse,* 16 *fugam.*
Forsitan & 17 *nobis* 18 *olim minùs asper: &* 19 *illi*
Evictus longo tempore Cæsar erit.
*Dii precor atque adeò (*20 *neque enim mihi turba roganda est)*
Cæsar 21 *ades voto, maxime Dive, meo.*
Intereà, 22 *statio quoniam mihi publica clausa est,*
23 *Privato liceat delicuisse loco.*
24 *Vos quoque,* 25 *si fas est, confusa pudore repulsæ*
Sumite plebejæ carmina nostra manus.

99 Libri: nam ibidem apud templum Apollinis Bibliothecam Augustus ædificaverat 1 Quærebam in eâdem Bibliotheca. cæteros libros ab Ovidio compositos tanquam fratres meos ab ipso genitos. 2 Libris de Arte amandi. 3 Quos Ovidius, qui illos composuerat, optaret non composuisse. 4 Præfectus Bibliothecæ. 5 E Palatio. 6 Templo. 7 Quia Bibliothecæ me inserere nolebat. 8 Vel Cybeles, vel Vestæ, vel Libertatis, vel Herculis Musarum, quem *Mesagetem* Græco nomine appellarunt: erant enim illic plura templa. 9 Theatro Marcelli aut Cornelii Balbi propinquo. 10 Ad hæc etiam non debeam accedere, nam clausa mihi erant, cùm essem exulis filius. 11 Nec admissus sum in atrium ipsius Libertatis, ubi prima bibliotheca fuit, vel, que patuerat ante omnes bibliothecas. 12 Operibus doctorum. 13 In libros, filios infelicis Ovidii. 14 Venit, redit. 15 Et nos libri, Ovidii filii, fugamur. 16 Exilium ex Urbe. 17 Filiis Ovidii. 18 Posthac placatus, mollitus. 19 Ovidio. 20 Neque enim alii Dii, præter Augustum, mihi rogandi sunt. 21 Fac me voti mei compotem. 22 Imperatoris domus. Metaphora à militibus vel navibus sumpta est. 23 In loco privati hominis. 24 Ordo est: *Vos quoque plebeiæ manus.* i. plebeii & privati homines, *Sumite carmina nostra*, ne repellantur, rejiciantur, *confusa.* i. attonita, *pudore repulsæ*, quia me bibliothecæ custos expulit ex sacris Augusti ædibus. Non modo igitur in privato loco habitare, sed etiam à privato homine tractari cupit. *Repulsa* propriè est ea rejectio, quâ quis rejicitur ab honore, vel magistratu, aut ab aliâ re petitâ, vel speratâ. Dicimus autem *accepere* & *ferre repulsam.* 25 Si vobis per Augustum licet.

ELEGIA II.

1 Duæ sunt partes hujus Elegiæ: prior est querela, posterior precatio. Queritur autem Poëta, quòd fata eum in Scythiam compulerint: nec sacerdoti suo opem tulerint aut Apollo, aut Pierides. Deinde decit, se in Scythia in assiduo fletu & mœrore degere. Postremò Deos precatur, ut, cùm toties mortem effugerit, tandem ei mori liceat.

1 ERgo 2 *erat in fatis Scythiam quoque visere nostris?*
Quæque 3 *Lycaonio terra sub axe jacet?*
Nec vos 4 *Pierides, nec* 5 *stirps Latonia vestro*
Doctæ 6 *sacerdoti turba tulistis opem?*
Nec mihi, 7 *quòd lusi* 8 *vero sinè crimine, prodesi,* 5
9 *Quòdque magis vitâ Musa jocosa mea est.*
10 *Plurima sed pelago terrâque pericula passum*
11 *Ustus* 12 *ab assiduo frigore* 13 *Pontus habet.*
14 *Quique fugax rerum, securaque in otia natus,*
Mollis, & impatiens antè 15 *laboris eram.* 10
16 *Ultima nunc patior: nec me* 17 *mare portubus orbum*
Perdere, diversæ nec potuêre 18 *viæ.*
19 *Sufficitque malis animus. Nam corpus ab* 20 *illo*
Accepit vires, vixque ferenda tulit.
21 *Dùm tamen & ventis* 22 *dubius jactabar, & undis,* 15

2 Fata mea ita constituerant, sive à Diis ita constitutum erat, ut ego Scythiam quoque viserem? Q. d. Non modò ab Augusto relegatus, sed etiam in Scythiam missus sum. Queritur ergo Poëta non tam de suo exilio, quàm de loco exilii. 3 Sub Septentrionali plagâ, ubi Arctos, sic appellatâ à Callisto, Lycaonis filiâ: quæ in majorem ursum mutata, *Lycaonia* à Poëtis nominatur. Met. 2. Fab. 16. 4 Musæ, sic à *Piero*, cujus filias vicerant Musæ, dictæ. Met. 4. Fab. 12. vel secundùm alios, à *Pieriâ* loco circa Heliconem. 5 Apollo Latonæ & Jovis filius; Musarum dux & præses, μουσηγέτης, Poëtarum Deus. 6 Ovidio. Sunt enim Poëtæ Apollinis & Musarum sacerdotes & ministri. Tib. *Phœbe fave, novus ingreditur tua templa sacerdos.* Horat. *Carmina non prius Audita, Musarum sacerdos, Virginibus puerisque canto.* Virg. *Me vero primum dulces ante omnia Musæ, Quarum sacra fero, ingenti percussus amore Accipiant.* Hinc *sacri* Poëtæ dicuntur. *Sacerdos* est, qui Deo dicatus est ad sacrificia faciendo. 7 Quod scripsi carmen citra crimen, quòd mihi verè objici possit. 8 Ut ostendat se damnatum fuisse falsò & injustè, propter carmen amatorium. 9 Nec mihi prodest, quòd vita minùs improba est, quàm carmina. 10 Ego, qui passus sum plurima pericula terrâ marique, sum in Ponto, loco exilii frigido. 11 Urit enim etiam frigus, etiamsi non per se, sed per accidens, aut per antiperistasin. 12 Quia regio Pontica vergit maximè ad Septentrionalem plagam. 13 Pontus Euxinus, cui adjacet Tomitana ora, quam sic pro Ponto intelligit. 14 Et qui forum & lites vitabam. 15 Molestiarum. 16 Maxima mala. 17 Pontus portubus fermè carens, Sic l. 4. El. 4. *Nec placidos portus hospita navis habet.* 18 Maris & terræ, in quibus utrisque dura passus sum citra mortem. 19 Induruit, firmus fuit contra mala. 20 Animo firmato. 21 Tamen dum navigabam. 22 Incertus salutis ac vitæ meæ. Quibus enim navigantibus tempestas incidit eorum salus dubia est.

23 *Fallebat curas ægraque corda* 24 *labor.*
Ut via finita eſt, 25 *& opus requievit eundi,*
26 *Et pœnæ tellus eſt mihi tacta meæ:*
Nil niſi flere libet: nec 27 *noſtro* 28 *parcior imber*
27 *Lumine,* 29 *quàm vernâ de nive manat aqua.* 20
Roma domuſque 30 *ſubit, deſideriumque locorum,*
Quidquid & 31 *amiſſâ reſtat in urbe* 32 *mei.*
33 *Hei mihi,* 34 *quòd toties noſtri pulſata ſepulcri*
Janua, ſed nullo tempore aperta fuit!
Cur ego toi 35 *gladios fugi?* 36 *totieſque minata* 25
Obruit infelix nulla procella caput?
Dî, quos experior nimium conſtanter 37 *iniquos,*
Participes iræ quos 38 *Deus unus habet:*
39 *Exſtimulate, precor, ceſſantia* 40 *fata* 41 *meique*
Interitus 42 *clauſas eſſe vetate fores.*

23 Diſcutiebat curas, ne ita ſentirentur. 24 Aſperitas tempeſtatis, quâ conficiebar. Q. d. Dùm navigabam, etſi verſabar in diſcrimine & laborabam, neſcio tamen quo modo diſcrimen illud & miſeria mea non tanti à me fiebant, nec ita ponderabantur, ut ideircò multuum me excruciarem. 25 Et requievi ab opere eundi. 26 Et perveni in terram mei exilii. i. Tomon. 27 Noſtris oculis. 28 Pauciores lachrymæ. 29 Quam de nive, quæ liqueſcit vere, & fit aqua. Virg. *Vere novo gelidus canis cùm montibus humor Liquitur.* 30 In mentem venit. 31 Interdictâ mihi. 32 Quo mihi charum erat. 33 Repetit querelam de extractione pœnæ. 34 Quod toties morti fuerim vicinus, nec tamen mori potuerim. Allegoria. 35 Sicarios. Nam à Scythis fæpiùs Tomos, ubi erat Ovidius, oppugnata fuit. 36 Cùm toties proceſſiſſe, mortem mihi minantibus, jactatus fuerim. 37 Irato. 38 Auguſtus. El. 2. l. 1. oravit Poëta Deos, ne magni Cæſaris iræ ſubſcriberent, quos hîc dicit participes iræ unius Dei, ſc. Auguſti, cùm quo in caput Naſonis conſpiraſſe cenſendi ſunt. 39 Protrudite. 40 Mortem, ut finis ſit mearum miſeriarum. 41 Meæ mortis. 42 Jubete ut janua mortis pateat mihi.

ELEGIA III.

1 *Hæc mea, ſi* 2 *caſu miraris, epiſtola quare*
Alterius 3 *digitis ſcripta ſit:* 4 *æger eram.*
Æger in extremis 5 *ignoti partibus* 5 *orbis,*
Incertuſque meæ pœne 6 *ſalutis eram.*
Quem mihi nunc animum 7 *dirâ regione* 8 *jacenti* 5
Inter Sauromatas eſſe Getaſque putas?
9 *Nec cælum patior, nec* 10 *aquis aſſuevimus iſtis,*

1 Ad uxorem, ſcribens ex Scythiâ Poëta, ſe excuſat, quòd alienâ manu ſcriptam miſerit epiſtolam: quod aliter non potuiſſe fieri oſtendit, ob adverſam valetudinem, quâ conflictabatur: ſimulque incommoda commemorat. Sed præter cætera illud fatetur eſſe maximum, quòd caret uxoris ſuæ aſpectu. Mandat, ut oſſa ſua Romam deferantur in parvâ urnâ, & ſignentur epitaphio à ſe compoſito. 2 Al. *conjux.* 3 Manu. 4 Ægrotus. 5 Scythiæ, ad quam perquam pauci accedunt. 6 Vitæ. 7 Immiti, reſpectu hominum & cœli. 8 Afflicto ac miſero. 9 Neque aëri poſſum aſſuefcere, propter nimium frigus. 10 Glacie conſtrictis.

Terra-

11 Quia inculta, sterilis, i namœna.
12 Sic l. 5. El. 10. *Quippe simul nobiscum habitat discrimine nullo Barbarus, & tecti plus quoque parte tenet.*
13 Medica, medendi. Q. d. Nullus est medicus. Medicinæ enim inventor Apollo dicitur: ut Met. 1. *Inventum medicina meum est.* Sic l. 3. Fast. *Vos quoque Phœbeâ morbos qui pellitis arte Munera de vestris pauca referte Deæ.*

11 *Terraque nescio quo non placet ipsa modo.*
12 *Non domus apta satis: non hic cibus utilis ægro:*
Nullus, 13 *Apollineâ qui levet arte* 14 *malum, est.* 10
Non qui soletur, non, qui 15 *labentia tardè*
Tempora 16 *narrando* 17 *fallat, amicus adest.*
18 *Lassus in* 19 *extremis jaceo populisque, locisque:*
Et subit 20 *affecto nunc mihi quicquid adest.*
Omnia cùm subeant. 21 *Vincis tamen omnia conjux:* 15
22 *Et plus in nostro pectore parte tenes.*
23 *Te loquor absentem: te vox mea nominat unam:*
Nulla venit 24 *sine te nox mihi, nulla dies.*
Quin etiam sic me dicunt 25 *aliena locutum,*
Ut foret 26 *amentis nomen in ore tuum.* 20
Si jam 27 *deficiam,* 28 *suppressaque lingua palato*
29 *Vix instillato restituenda mero:*
Nuntiet hùc aliquis 30 *dominam venisse,* 31 *resurgam:*
Spesque tui nobis causa 32 *vigoris erit.*
33 *Ergo ego sum vitæ dubius: tu forsitan illic* 25
34 *Jucundum, nostri nescia: tempus agis.*
35 *Non agis, affirmo:* 36 *liquit hoc, carissima, nobis,*
Tempus agi sinè me non nisi triste tibi.
37 *Si tamen implevit mea sors, quos debuit, annos:*
Et mihi vivendi tam ciò finis adest; 30
38 *Quantum erat, ô magni, perituro parcere, Divi,*
39 *Ut saltem patriâ contumularer humo!*
Vel 40 *pœna* 41 *in mortis tempus dilata fuisset,*
42 *Vel præcepisset mors properata fugam.*
43 *Integer hanc potui nuper benè reddere vitam:* 35

14 Morbum. 15 Tempus enim tardè labi tristibus videtur: contrà lætis evenit. 16 Confabulando. 17 Brevia apparere faciet. 18 Exhaustus, confectus. 19 Cogniti orbis. 20 Cogitationibus, Al. *affectu.* 21 Tu mihi prima in mentem venis. 22 Et tenes plus quàm partem. i. maximam partem in pectore meo. 23 De te absente. 24 Sine tui memoriâ. 25 Deliraſſe vi morbi. 26 Præ morbo. 27 Deliquium animi patiar. 28 Debilis & languida, ut moveri non posset: quod languentibus accidit. 29 Vino leviter infuso: vinum enim reficit vires. 30 Te uxorem meam. 31 Electo. i. convalescam. 32 Novarum virium. 33 Itaque in periculo mortis versor. 34 Oblectas te mei immemor, nihil nos curans. 35 Jucundum tempus. 36 Constat mihi. 37 Si tamen fatum omnes annos mihi statutos dederit mihi. i. si vitæ instat finis. 38 Quantulum, i. minimum erat hoc concedere. 39 Ut saltem Romæ sepelirer. 40 Exilium meum. 41 Ad mortem usque. 42 Vel mors præoccupasset, prævenisset sive præcessisset exilium meum. i. mortuus essem, antequam in exilium esse missus. 43 Incolumis, nondum exul.

Exul ut 44 *occiderem, nunc mihi vita data est :*
Tam procul ignotis igitur moriemur in oris ?
Et 45 *sient ipso tristia fata loco ?*
Nec mea consueto languescent corpora lecto ?
46 *Depositum nec me qui fleat, ullus erit ?*
Nec dominæ lachrymis in nostra cadentibus ora
47 *Accedent* 48 *animæ* 49 *tempora parva meæ ?*
50 *Nec mandata dabo ? nec cum* 51 *clamore supremo*
52 *Languentes oculos* 53 *claudet amica manus ?*
Sed sinè funeribus 54 *caput hoc, sinè* 55 *honore sepulchri*
56 *Indeploratum barbara terra teget ?*
57 *Ecquid, ubi* 58 *audieris, totâ turbabere mente ?*
59 *Et feries pavidâ pectora fida manu ?*
Ecquid 60 *in has frustrà tendens tua brachia partes*
Clamabis miseri nomen 61 *inane viri ?*
62 *Parce tamen* 63 *lacerare genas, nec* 64 *scinde capillos :*
Non tibi nunc primùm, 65 *Lux mea* 66 *raptus ero.*
67 *Cùm patriam amisi, tunc me* 68 *periisse putato :*
69 *Et prior, & gravior mors fuit illa mihi.*
Nunc, si fortè potes, sed 70 *non potes, optima conjux,*
Finitis gaude tot mihi morte malis.

44 Morerer.
45 Tristitiam adferent, quòd morien-
dum sit in Scythiâ ?
46 In rogum, vel in lectum.
47 Addentur.
48 Quæ non tam cito discedet è corpore.
49 Exiguum spatium. Q. d. Nec Lachrymæ uxoris meæ ex oculis fluentes protrahent mihi exiguum vitæ spatium ? Quando-

quidem ea abest, nec potest mihi officia præstare. 50 Nec moriens ultimam voluntatem testabor ? Sic l. 1. El. 2. cùm dixisset præ clarum esse, cadaver humo contegi, addit : *Et mandare suis aliqua.* 51 Funebri conclamatione. Solebant enim cadavera recens defunctorum aquâ calidâ abluì primum, quod vitalis spiritus inclusus non rarò fallere soleat, deinde per intervalla ter conclamare. Quòd si nondùm quidem spiritus se proderet, quasi rebus desperatis, rogo imponebantur. Hinc in proverbium abiit : *Conclamatum est*, cùm significamus nihil super esse spei. Undè Ovidius hoc in loco *supremum clamorem* appellat. 52 In morte versantes sive morientes. 53 Solebant propinquiores etiam mortuorum oculos claudere, qui morte, latè aperiuntur. Sic Ariadne ad Theseum : *Nec mea qui digitis lumina claudat, erit ?* Penelope ad Ulyssem de Telemacho eorum filio : *Dii precor hoc jubeant, ut euntibus ordine fatis, Ille meos oculos comprimat, ille tuos.* 54 Corpus. 55 Pompâ funebri. 56 Non defletum, ἀκλαυτόν. 57 Nunquid. 58 Me mortuum. 59 More lamentantium. 60 In Scythicam & Septentrionalem plagam. 61 Quod jam vacuum & nihil est. 62 Jubet Poëta uxorem suam in luctu modo quodam uti, additâ brevi consolatione, quam duxit à temporum collatione. 63 Unguibus dissecare. 64 Solve. Solebant enim lugentes scindere capillos, nec antè lugubres vestes deponere, quàm illi recreverant in solitam longitudinem, quod Ovidius vetat uxori. Solvendi autem capilli morem in funere à Trojanis mulieribus profectum scribit Virg. 1. Æn. *Et mœstæ Iliades crines de more solutæ.* 65 Uxor. quæ mihi chara, ut lux, es. 66 Ademptus. 67 Cùm in exilium missus sui. 68 Mortuum esse. 69 Exilium mihi ipsâ morte gravius fuit. 70 Propter nimiam erga me charitatem.

Quod

Quod potes, 71 extenua forti 72 mala corde ferendo,
Ad quæ jam pridem 73 non rude pectus habes.
Atque utinam pereant animæ cum corpore noſtræ,
Effugiatque 74 avidos pars mihi nulla 74 rogos! 60
Nam ſi 75 morte carens 76 vacuus volat alium in auras
77 Spiritus, 78 & Samii ſunt 79 rata dicta ſenis :
Inter Sarmaticas 80 Romana 81 vagabitur 82 umbra,
83 Perque feros Manes 84 hoſpita ſemper erit.
Oſſa tamen facito parvâ referantur in 85 urnâ : 65
Sic ego 86 non etiam mortuus 86 exul ero.
87 Non vetat hoc quiſquam : 88 fratrem 89 Thebana peremptum
90 Suppoſuit tumulo, 91 Rege vetante, 89 ſoror.
Atque ea cum 92 foliis, & 93 amomi pulvere miſce,
Inque 94 ſuburbano condita pone ſolo. 70
Quoſque legat verſus oculo properante viator,
95 Grandibus in tumuli marmore 96 cæde notis.
97 Hîc ego qui jaceo tenerorum 98 luſor amorum,
Ingenio 99 perii Naſo Poëta meo.
1 At tibi, qui tranſis, ne ſit grave, quiſquis 2 amaſti, 75
Dicere, Naſonis 3 molliter oſſa cubent.
4 Hoc ſatis in tumulo eſt : etenim majora 5 libelli,
Et diuturna magis ſunt monumenta mei.

71 Leva, imminue, fac leviora tibi ſint. 72 Mortem meam & exilium. 73 Non inexpertum. 74 Flammas voracees & rapidas. 75 Immortalis. 76 In tenuem aëra. 77 Anima humana. 78 Et ea, quæ dixit Pythagoras, natus in inſulâ Samo, quòd animæ è corporibus recendentes, primò peterent aëra, deinde in alia corpora tranſirent. Atque hæc eſt Pythagoræ μετεμψύχωσις. i. animarum de corporibus in corpora tranſitus; ideòque vetuit, ne carnibus homines veſcerentur, quò faciliori victui affueſcerent, ſemperque cibos parabiles haberent. Vide Met. 15. Fab. 3. &c. 79 Firma, certa. Undè *ratum habere.* i. approbare ac confirmare quod actum eſt: undè *irritum* dicitur, quod improbatum eſt. 80 Anima Romani hominis & Ovidii. 81 Errabit, hûc illùc oberrabit. 82 Animas. *Umbra* eſt aër carens ſole, quod fit alicujus corporis objectu, præſertim nubium. 83 Inter feras animas Sarmatarum. 84 Peregrina: quia nunquam diſcedet è Scythicâ regione, quemadmodum corpus. 85 Sepulchrali, cui oſſa, ex buſto collecta, imponebant, & cineres aromatibus immiſtos, nomine inſcripto. 86 Non videbor mihi exulare, ſi corpus in terrâ, mihi in exilium datâ, ſepelietur. 87 Nemo ſepulturæ officium negat. Q. d. Vetitum fuit me redire, non oſſa mea reportari. 88 Eteoclem. 89 Antigone, Oedipodis, Thebarum regis, filia. 90 Sepelivit. 91 Quamvis Creontes, Rex Thebarum, eos, qui in bello Thebano perierant, inſepultos jacere voluiſſet. 92 Redolentibus, ut & ipſe cinis redoleret. 93 Herbæ ſuaviſſimi odoris, in Arabiâ natæ, atque in conſervandis cadaveribus adhiberi ſolitæ. 94 Cæmeterio. 95 Ut à properante viatore videri poſſent. 96 Scribe. 97 Addit Epitaphium quatuor verſibus comprehenſum. 98 Cantator. 99 In exilium miſſus ſum. 1 Apoſtrophe ad viatorem. 2 Deperiſti puellam aliquam. 3 Voto hoc olim mortuos proſequebantur: & in cippis inſcribebantur hæ litteræ S. T. T. L. i. *Sit tibi terra levis.* 4 Ad declarandum qualis ſim. 5 Conſcripta à me.

6 Quos ego confido, quamvis nocuêre, daturos
Nomen, & 7 auctori tempora longa suo.
Tu tamen extinctu 8 feralia munera 9 ferto,
Deque tuis lacrymis humida 10 serta dato.
11 Quamvis in cinerem corpus mutaverit ignis,
Sentiet officium 12 mœsta favilla pium.
Scribere plura libet: sed vox mihi fessa loquendo,
Dictandi vires, siccaque lingua negat.
Accipe 13 supremo dictum mihi forsitan ore,
14 Quod, tibi qui mittit, non habet ipse, Vale.

6 Famam perennem. 7 Mortuo mihi. 8 Inferias, i. sacra mortuorum quæ inferis solvuntur. Vide Ovid. 2 Fast. *Parva petunt manes,* &c. 9 Quotannis. 10 Flores. 11 Etiamsi corpus meum combustum fuerit. 12 Scintilla igne destituta quæ te mœstam faciet. 13 Ultimâ vice, quia fortasse brevi moriar. 14 Ægrotus enim hæc mittebat.

ELEGIA IV.

1 O Mihi care quidem semper, sed 2 tempore duro
Cognite, 3 res postquam procubuêre meæ:
4 Usibus edocto si quicquam credis amico:
5 Vive tibi, & longè 6 nomina magna fuge.
Vive tibi, quamtumque potes, 7 præclustria vita:
8 Sævum 9 præclustri 8 fulmen ab arce venit.
Nam quamquam soli possunt prodesse potentes:
Non prosit potiùs si quis 10 obesse potest.
12 Effugit 12 hybernas 13 demissa antenna procellas,
14 Lataque plus 15 parvis vela 16 timoris habent.
Aspicis, 17 18 ut summâ cortex levis innatet undâ,
Cum grave nexa simul retia mergat onus?
19 Hæc ego si monitor monitus priùs ipse fuissem,

1 Amicum charissimum, quem propter Augustum non audet nominare, Poëta admonet, ut magna atria & potentes fugiat: qui, quamvis possint plurimùm prodesse, non prosunt tamen, sed potiùs nocent. Laudat deinde amici fidem, quam sibi in rebus adversis nunquam defuisse cognovit: simulque, enumerat exilii sui incommoda inter quæ imprimis ponit amicorum absentiam. Rogat eum postremò, ut, quam possit, illi opem ferat. 2 Rebus meis adversis, in quibus vera amicitia cognoscitur. Vide l. 1. El. 4. *Scilicet, ut fulvum spectatur in ignibus aurum: Tempore sic duro est inspicienda fides.* 3 Postquam fortuna mea inclinata est. Metaphora ab ædificiis. 4 Experientiâ. i. quem experientia docuit. 5 Tecum habita, & sorte tuâ contentus vive. 6 Præclara famam. 7 Præclara & maxime illustria atria. 8 Exilium quod sævi fulminis instar mihi fuit. 9 A domo Augusti, edito in loco, sc. in palatio, ædificata. 10 Nocere. 11 Similitudine, à navi desumptâ, rem explicat. 12 Hyeme dominantes. 13 Lignum transversum in malo deductum. 14 Latè expansa. 15 Modicis & minùs latis velis. 16 Periculi. 17 Quomodo. 18 Levis cortex solet in summâ aquâ natare, nec mergi, quia eum nullum detrahit pondus, at retia magno plumbi pondere mergi solent. *Per corticem* autem *levem* & *retia*, homines tenues; per *plumbum* verò, potentes designat: qui, ut plumbum, graviore casu clientes præcipites trahunt quò volunt. 19 Ne nimis alta concupiscerem.

In quâ debebam forsitan [20] *urbe forem.*
Dùm tecum vixi, dùm me [21] *levis aura ferebat,*
[22] *Hæc mea per placidas cymba cucurrit aquas.*
[23] *Qui cadit in plano* [24] *(vix hoc tamen èvenit ipsum)*
Sic cadit, ut [25] *tactâ surgere possit* [25] *humo.*
At miser [26] *Elpenor* [27] *tecto delapsus ab alto,*
Occurrit [28] *Regi* [29] *flebilis* [30] *umbra suo.*
[31] *Quid fuit, ut tutas agitaret Dædalus alas?*
Icarus immensas nomine [32] *signet aquas?*
Nempe quòd [33] *hic altè,* [34] *demissiùs ille volabat:*
Nam pennas ambo [35] *non habuêre suas.*
Crede mihi, [36] *benè qui latuit, benè vixit:* [37] *& intra*
Fortunam debet quisque manere suam.
Non foret [38] *Eumedes* [39] *orbus, si filius ejus*
Stultus [40] *Achilleos non adamasset equos.*
[41] *Nec natum inflammâ vidisset,* [42] *in arbore natas,*
[43] *Cepisset genitor si Phaëtonta* [44] *Merops.*
Tu quoque formida nimiùm sublimia semper,
[45] *Propositique memor contrahe vela tui.*

20 Roma. 21 Levis & parvus ventus; per quem mediocritatem suam designat. i. dùm fortunæ meæ mediocritate contentus essem. 22 Nullum sensi rebus meis incommodum. Allegoria: per *cymbam* enim vitam suam aut se ipsum; per *aquas placidas*, qualitatem vitæ seu statum significat. 23 Qui in planitie aliquâ decidit. i. qui à mediocris & ejusdem conditionis hominibus damno aut injuriâ afficitur. 24 Et hoc rariùs contingit, ut in loco plano homines cadant. Correctio. 25 Cùm in humum lapsus sit. 26 Unus ex Ulyssis comitibus fuit, qui apud Circen ebrius, dùm sociorum strepitus abeuntium audit, & abire properat, pronus è longis lapsus scalis, collum fregit. Hom. Odyss. 10. v 552. 27 Ab ædibus Circes. 28 Ulyssi. Al. *domino*. 29 Al. *debilis*. 30 Elpenor enim sciscitanti Ulyssi apud inferos casum suum referebat. Hom. Odyss. 11. v. 51. 31 Quæ causa fecit, ut Dædalus tutò volaret. Icarus verò ceciderit in mare? Vide Met. 8. Fab. 3. de Arte l. 12. v. 11. 32 Mari Icario nomen imponat? 33 Icarus, qui, cum altiùs volaret, Solis æstu cerâ liquefactâ, laxatisque alarum juncturis, in mare decidit. 34 Depressiùs Dædalus volabat: is enim propè mare delatus, alis sæpiùs madefactis, in Siciliam pervenit incolumnis. 35 Ambo habuerunt pennas non suas, non naturales, sed alienas, & cerâ artificiosè compactas. 36 Quicunque humili fortunâ contentus fuit, tutus vixit. Horat. *Nec vixit malè qui natus moriensque fefellit*. 37 Et unusquisque non debet majora appetere, quam fortuna sua fert. 38 Dolonis pater. 39 Privatus Dolone filio: qui missus speculator ad Græcorum castra pactus in remunerationem Achillis equos in Diomedem & Ulyssem incidit, qui speculatum quoque iverant ad Trojanos. Illi, promissâ Doloni impunitate, Trojanorum consilia ab eo didicêre: inter cætera facti certiores de adventu Rhesi, Dolonem interficiunt: Phracum castra aggrediuntur; equi inde abducti sunt. 40 Quos in remunerationem pro speculatione pactus erat 41 Nec Phaëton periisset, si non ductus ambitione pater Merops, voluisset eum videre, filium Apollinis. Phaëton enim ab irato Jove fulmine ictus, in Padum cecidit, qui ab eo *Eridanus* Græce dicitur. Met. 2. Fab 1. & 2. 42 Heliades, quæ in populos mutatæ sunt. 43 Si Phaëton confessus esset genitorem suum esse Meropem. Hypellage. 44 Clymenes maritus, & Phaëtontis pater putativus. 45 Et moderata propone tibi ac tempera cupiditatibus tuis ne, dum altiora conaris, in periculum incidas. Est autem à navigantibus sumpta Metaphora, qui tunc vela contrahunt, cùm cursus inhibent, ac moderantur.

Nam

Nam 46 *pede inoffenso spatium procurrere vitæ*
Dignus es, & fato 47 *condidiore frui.*
Quæ pro te ut 48 *voveam, miti pietate mereris,*
49 *Hæsurâque mihi tempus in omne fide.*
Vidi ego te 50 *tali vultu* 51 *mea fata gementem,*
52 *Qualem credibile est* 53 *ore fuisse meo.*
54 *Nostra tuas vidi lacrymas super ora cadentes,*
55 *Tempore quas uno fidaque verba bibi.*
Nunc quoque 56 *summotum* 57 *studio defendis amicum,*
Et mala, 58 *vix ullâ parte levanda, levas.*
Vive 59 *sinè invidiâ,* 60 *mollesque* 61 *inglorius annos*
Exige: amicitias & tibi junge 62 *pares.*
Nisonisque tui, 63 *quod adhùc non exulat, unum,*
Nomen ama: 64 *Scythicus* 65 *cætera Pontus habet.*
66 *Proxima sideribus tellus* 67 *Erymanthidos Ursæ*
Me tenet, 68 *astricto* 69 *terra perusta gelu.*
70 *Bosphorus &* 71 *Tanaïs* 72 *superant,* 73 *Scythicæque paludes,*
74 *Vixque satis noti nomina pauca loci.*
75 *Ulterius nihil est,* 76 *nisi non habitabile frigus.*
Heu quam vicina est 77 *ultima terra mihi!*
At longè patria est, longè est carissima conjux,
Quicquid 78 *& hæc nobis post duo dulce fuit.*
69 *Sic tamen hæc absunt, ut, quæ contingere non est*
Corpore, sint animo cuncta videnda meo.

46 Sine offensione. 47 Prosperiore ac feliciore quam ego fruor. 48 Votis à Diis petam. 49 Memoriæ meæ inhæsurâ. 50 Tam tristi, tam flebili. 51 Meum exilium. 52 Gemitum. 53 Vultus. 54 In amplexibus mutuis. 55 *Quas & fida.* i. solantia, *verba bibi.* i. hausi, *uno tempore.* 56 Disjunctum à te, ac procul viventem relegatum. 57 Favore, eloquentiâ tuâ. 58 Propter iram Cæsaris vix placabilem. 59 Sinè ambitione, quam sequitur invidia. Consequens pro antecedente. i. vive non tantus, ut aliquis tuæ fortis tibi invideat. 60 Juveniles, atque ideò flexibiles; *vel* potiùs vitam quietam, ac curarum molestiarumque expertem. 61 Sinè nimiâ gloriâ. 62 Non magnatum, sed æqualium tuorum. *Nam & firmissima inter pares est amicitia.* 63 Quod nomen est adhùc in ore omnis populi Romani propter claritatem. 64 Mare Euxinum, quod Scythiam alluit. 65 Omnia alia præter famam. Designat autem inter cætera corpus ipsum. 66 Exaggerat sic fœditatem Scythiæ. 67 Arcadicæ, ab *Erymantho*, Arcadiæ monte; per quem ursam majorem significat. 68 Frigus enim omnia condensat & constringit. 69 Sic in 2. El vocat Pontum *ustum frigore.* 70 Cimmerius Bosphorus ad finem Pontisitus: à *Cimmerio*, oppido Scythiæ sic dictus. 71 Flumen separans Europam ab Asiâ. 72 Supersunt. Virg *Quid meus Ascanius*, superat-ne *& vescitur aura Æthereâ?* 73 Palus Mæotis. 74 Et pauca loca vix nomine satis noti. 75 Ultra illa loca, sc. Bosporum, Tanaim, Scythicasque paludes, &c. 76 Nisi loca frigore inhabitabilia. 77 Ultima pars orbis habitabilis. 78 Post hæc duo, sc. patriam & uxorem; quæ mihi fuerant dulcissima. 79 Ordo est: *Tamen hæc sic absunt, ut cuncta, quæ non est.* i. non licent, οὐκ ἔτι, *contingere corpore, sint videnda animo meo.* i. cogitatione meâ.

Antè oculos 80 *errat domus, urbs, & forma locorum,*
81 *Succedunt que suis singula facta locis.*
Conjugis ante oculos, sicut præsentis, imago est :
Illa meos casus 82 *ingravat,* 83 *illa levat.* 60
Ingravat hoc, quòd abest : levat hoc, quòd præstat amorem,
84 *Impositumque sibi firma tuetur* 84 *onus.*
Vos quoque 85 *pectoribus nostris hæretis amici,*
86 *Dicere quos cupio nomine quemque suo :*
87 *Sed timor* 88 *officium cautus compescit, &* 89 *ipsos* 65
In nostro poni carmine nolle puto.
Antè volebatis, 90 *gratique erat instar honoris,*
Versibus in nostris nomina vestra legi.
91 *Quod quoniam est* 92 *anceps,* 93 *intra mea pectora quemque*
Alloquar, & nulli causa timoris ero. 70
Nec meus 94 *indicio latitantes versus amicos*
95 *Protrahet : 96 occultè, si quis amavit, amet.*
Scite tamen, quamvis longâ regione remotus
Absim, vos animo semper adesse meo.
Et qua quisque potest, ore, mala nostra levate : 75
97 *Fidam projectone-ve negate manum.*
Prospera sic vobis maneat fortuna, nec unquam
98 *Contacti simili sorte* 99 *rogetis idem.*

80 Obver satur.
81 Et cogito, qui quoque loco tactum sit aut fiat.
82 Aggravat, grave facit, cum considero me non posse frui cius præsentiâ.
83 Eadem uxor exonerat molestiam, cùm ejus erga me amor & fides occurrit.
84 Constanter tuetur officium, vel mariti absentiam, vel onus impetrandi reditum ab Augusto. 85 Memoriæ meæ. 86 Quos quemque quidem nominare vellent. 87 Sed timore desisto. 88 Celebranci nomina vestra. 89 Nomina ipsorum, ne & illud ipsis noceat. 90 Beneficii. 91 Vos nominare. 92 Periculosum. 93 Apud me ipsum. 94 Proditione. 95 Extrahet, & posteris notum facier, & quas è latibulis expellet, dùm proditis nominibus eos vulgabit. Metaphora à lustris ferarum. 96 Si quis me antè amavit, is nunc occultè amet ac tacitè, vitandi periculi causâ. 97 Neve mihi misero & contempto auxilium negate. Allegoria 98 Perculsi ejusmodi infortunio & calamitate quali ego sum. i. missi in exilium, ut ego. 99 Petatis auxilium, ut ego.

ELEGIA V.

1 Amici fidem perspectam & cognitam in adversis præcipuè rebus laudat Ovidius, quam nunquam ex animo suo abituram dicit : precaturque Deos, ut tribuant ei in posterum amicos, quos in secundis rebus juvare possit. Denique fatetur, se ali exiguâ spe, ut aliquando Augustus mitior fiat, & magis placidum tribuat exilium. 2 Quia raro utebar consuetudine tuâ. 3 Ut posses illam facilè celare, & ostendere te non fuisse mihi amicum.

1 *Usus amicitiæ tecum mihi* 2 *parvus,* 3 *ut illam*
Non ægrè possis dissimulare, fuit :

4 Ni

4 *Ni me complexus 5 vinclis proprioribus esſes,*
6 *Nive meâ vento forsan cunctè suo.*
Vt cecidi, cunctique meam fugêre 7 ruinam
8 *Versaque amicitiæ terga dedêre meæ,*
Ausus es 9 igne Jovis percuſſum tangere corpus,
Et 10 deploratæ 11 limen adire domus.
12 *Idque recens præſtas, nec longa cognitus uſu,*
Quod 13 veterum miſero vix duo treſve 14 mihi.
Vidi ego 15 confuſos vultus, 16 viſoſque notavi,
Oſque madens fletu, pallidiuſque meo:
Et 17 lachrymis cernens in ſingula verba cadentes,
Ore meo lachrymas, 18 auribus illa bibi:
19 *Brachiaque accepi 20 preſſo pendentia collo,*
Et 21 ſingultantis oſcula miſta 21 ſoni.
Sum quoque, Care, tuis defenſus viribus abſens:
22 *Scis Carum veri nominis eſſe locum.*
Multique præterea manifeſti ſigna favoris
Pectoribus 23 tenco 24 non abitura meis.
Dii tibi poſſe tuos tribuant 25 defendere ſemper,
Quos in 26 materiâ proſperiore juves.
Si tamen interea, quid in his ego 27 perditus 28 oris,
(Quod te credibile eſt quærere) quæris, agam:
Spe 29 trahor exiguâ, quam tu mihi 30 demeris nec,
31 *Triſtia leniri 31 numina poſſe Dei.*
Seu 32 temerè 33 exſpecto, ſive hoc contingere fas eſt,
Tu mihi, quod cupio, fas precor, eſſe 34 proba.
35 *Quæque tibi eſt linguæ facundia, 35 confer in illud.*
Vt 37 doceas 38 votum 39 poſſe valere meum.

4 Niſi me vehementer amaſſes felicitori meâ fortunâ quamvis parva mihi fecumeſſet conſuetudo. 5 Majore atque arctiore amicitiâ. 6 Quia tùm fortaſſe navis mea ſuo. i. ſecundo vento referebatur, eaque fortuna mea eſſet, ut à te impenſiùs amarer. 7 Calamitatem. 8 Et receſſere ab amicitia meâ. 9 Auguſti ſirâ. 10 Miſeræ, quæ periit, de quâ actum eſt. Undè *deplorati* dicuntur in morbis, de quorum ſalute nulla ampliùs ſpes eſt. 11 Domum meam accedere. 12 In præſentia quoque nuper mihi cognitus, ac novus amicus idem facis. 13 Sc. *amicorum.* 14 Sc. *præſtitêre.* 15 Perturbatos. 16 Et cùm viderem, benè obſervavi. 17 Te flentem videns, quoties loquereris. 18 Verba audivi. 19 Inter oſcula. 20 Arctè circumdato, Al. *meſto.* 21 Singultibus permiſta. 22 Intelligis te intereà cari nomine, loco proprii nominis appellari quandoquidem proprium tuum nomen, periculi causâ, ponere aperte non licet. Itaque hoc ita accipiendum eſt, ut is ipſe, ad quem hîc ſcribit Poëta, *Carus* dictus fuerit. 23 Recordor. 24 Quonium nunquam obliviſcar. 25 Liberare. 26 Causâ meliore, quàm mî in exilio. 27 Miſer. 28 Regionibus. 29 Suſtentor. 30 Deſiſtendo me defendere. 31 Iratum Cæſarem. 32 Fruſtrà. 33 Ut Auguſtus leniatur. 34 Demonſtra omnibus mihi, i. in commodum meum, juſtum eſſe quod peto. 35 Quâ vales dicendi facultate. 35 Omnis tua facundia id agat. 37 Probes. 38 Deſiderium: ut reddatur mitior Auguſtus. 39 Me conſecuturum, quod opto.

40 Augustum placari posse probat.
41 Quia clementia Principes decet.
42 Ad ignoscendum Q. d. Animus magnus & benè institutus iram facilè deponit.
43 Non vehementes, sed atu faciles.
44 Generosa.
45 Exemplo leonis probat, magnum animum facilè iram ponere.

40 *Quò quisque est major,* 41 *magis est* 42 *placabilis iræ:*
Et 43 *faciles motus mens* 44 *generosa capit.*
45 *Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni:*
Pugna suum finem, cùm 46 *jacet hostis, habet.*
At lupus, & 47 *turpes* 48 *instant morientibus ursi,*
Et quæcunque 49 *minor nobilitate fera est.*
Majus apud Trojam forti quid habemus Achille?
50 *Dardanii lachrymas non tulit ille* 50 *senis.*
Quæ 51 *ducis Emathiii fuerit clementia,* 52 *Porus,*
Præclarique docent 53 *funeris exequiæ.*
Neve hominum referam 54 *flexas ad mitius iras:*
55 *Junonis gener est,* 56 *qui priùs hostis erat.*
Denique non possum nullum sperare salutem,
Cùm non sit pœnæ causa 57 *cruenta meæ.*
Non, mihi quærenti 58 *possundare cuncta,* 59 *petitum*
Cæsareum caput est, quod caput orbis erat.
60 *Non aliquid dixi* 61 *violentaque lingua locuta est,*
Lapsave sunt nimio verba 62 *profana* 63 *mero.*
64 *Inscia quòd crimen viderunt* 64 *lumina,* 65 *plector;*
66 *Peccatumque oculos est habuisse meum.*
67 *Non equidem totam possum defendere culpam,*

46 Humi prostratus est. 47 Infames, nec nobiles, ut leones. 48 Non satis habent prostravisse, sed insuper prostratos dilaniant. 49 Ignobilior, minùs generosa. 50 Priami sc. petentis ab Achille Hectoris filii sui cadaver. Sic. Trist. 5. El. 1. *Cum Priami lachrymis offensus non sit Achilles, Tum fletus inhibes, durior hoste, meos?* 51 Alexandri, sic dicti ab *Emathiâ* seu *Macedoniâ*. 52 Indiæ rex: quem cùm gravi prælio superatum, captivum abduxisset Alexander, posteà non solum dimisit, sed & ampliore regno donavit. Curt. 8. 14. 53 Funus & sepultura, quoque clementiam Alexandri arguit, quam Dario, à se quidem victo, insidiis autem & fraude suorum occiso, regio Persarum more celebrari concessit. Atque ita Poëta duplex exemplum clementiæ Alexandri proponit, alterum Poro, alterum Dario exhibitum. 54 Mitigatus. 55 Herculem intelligit, qui in cœlo Heben, Junonis filiam, uxorem duxit, post mortem factus Deus. 56 Cui Juno mandavit duodecim immensos illos labores. Sen. in Octav. *Deus Alcides possidet Heben, Nec Junonis tam timet iras, Cujus gener est, qui fuit hostis.* Vide Ovid. Fast. 6. 57 Non sit capitalis, aut cæde alicujus aspersa. i. cùm non ob cædem in exilium pulsus sim. 58 Omnia meo imperio subjicere, & orbem invadere. 59 Non sum impetu aut insidiis aggressus vitam Augusti, principis orbis. 60 Non aliquid locutus sum adversus majestatem Cæsaris. 61 Minans vim aliquam. 62 Non sancta, impia. 63 Nimiâ ebrietate. Nam nimium vinum cogit plerumque secreta detegere, & lingnam protervam fieri. 64 Oculi me imprudente. 65 Punior. Hic iterum dicit Poëta, se aliquid vidisse, cujus causâ in exilium ejectus est: ut 2. Trist. *Cur aliquid vidi? Cur noxia lumina feci?* 66 Ordo est: *Et peccatum meum est, me habuisse oculos.* i. vidisse. 67 Non possum me ex omni parte innocentem ostendere.

68 Sed

68 *Sed partem noſtri criminis error habet.*
Spes igitur ſupereſt, 69 *faciurum, ut* 70 *molliat ipſe*
71 *Mutati pœnam conditione* 71 *loci.*
72 *Hoc utinam nitidi* 73 *Solis prænuntius ortus*
Aſſerat 74 *admiſſo* 75 *Lucifer* 76 *albus equo.*

68 Sed pars criminis mei errori & imprudentiæ adſcribenda eſt, quòd

per errorem potiùs, quàm de induſtriâ ea viderim, quæ non videnda erant. 69 Te daturum operam. 70 Mollem faciat. 71 Mutati exilii. 72 Ut pœna mutetur. 73 Lucifer, qui, cùm oritur, ſigna dat mox oriturî Solis. 74 Celeri, impulſo. Elegantiſſimè enim equi *admitti* dicuntur, cùm impelluntur: ita currus & alia. Vel *admiſſo*. i. orto ſupra Horizontem. 75 Veneris Planeta, qui manè *Lucifer* dicitur: ponitur hic pro die, ut aliquo die exilium mutetur. 76 A colore, vel *albus*. i. felix.

ELEGIA VI.

1 *Fœdus* 2 *amicitiæ non vis, cariſſime, noſtræ,*
Nec, ſi forte velis diſſimulare potes.
3 *Donec enim licuit, nec te mihi charior alter.*
Nec tibi me totâ junctior urbe fuit.
Iſque erat uſque adeò populo 4 *teſtatus,* 5 *ut eſſet*
Pœnè magis quàm tu, quàmque ego, notus amor.
6 *Quique eſt in caris animi tibi candor amicis,*
Cognitus eſt illi, quem 7 *colis ipſe,* 8 *viro.*
Nil ita 9 *celabas, ut non ego conſcius eſſem,*
10 *Pectoribuſque tuis credita multa tegenda meis.*
11 *Cuique ego narrabam ſecreti quicquid habebam,*
Excepto quod me perdidit, unus erat.
12 *Id quoque ſi ſciſſes,* 13 *ſalvo fruerêre ſodali,*
14 *Conſilioque forem ſoſpes, amice, tuo.*
Sed mea me in pœnam nimirum 15 *fata trahebant:*
16 *Omne bonæ cladium utilitatis iter.*

1 Hanc etiam Elegiâ amici fidem laudat Ovidius, quam eum, etiamſi velit, minimè diſſimulare poſſe oſtendit: cujus conſilio ſi uſus fuiſſet, fatetur ſe incolumem ſemper eſſe potuiſſe. Denique illum præcatur, ut ei Auguſtum mitiorem reddat, quò is ſibi exilii locum mutet: quandoquidem nulli ſceleri ſe obnoxium eſſe ſciat. 2 Ordo eſt: *O cariſſime, non vis diſſimulare fœdus noſtræ amicitiæ, nec potes diſſimulare, ſi.* i. etiamſi, *forte velis*, quia ſc. nimis notum erat. 3 Cùm uno loco eſſemus. 4 Probatus notus. 5 Ut amor noſter eſſet notior populo Romano, quàm tu aut ego. 6 Illa ſinceritas animi tui, quâ caros amicos proſequeris. Sic I. 2. De Pont. El. 5. *Candor, in hoc ævo res intermortua pœne, Exigit, ut faciam talia vota, tuus.* 7 Diligis: veneraris. 8 Auguſto, vel amico alicui, ſuppreſſo nomine. 9 Me. 10 Et multa mihi ſecreta committebas. 11 Ordo eſt: *Et tu unus*. i. ſolus, *erat, cui ego narrabam, quicquid ſecreti habebam*. i. omnia arcana mea, *excepto eo quod me perdidit*. i. quæ videram, & ob quæ in exilium miſſus eram. 12 Si etiam quod me perdidit, intelexiſſes, ego, ſodalis tuus, non eſſem exul. 13 Incolumi & non exule. 14 Quod mihi dediſſes: nam mihi rectè conſuluiſſes. 15 Inevitabilis neceſſitas me ad pœnam dettinabat. 16 Occludebant mihi omne bonum conſilium, atque omnem utilitatem.

Sive [17] *malum potuit tamen hoc vitare* [18] *cavendo,*
Seu [19] *ratio fatum vincere nulla valet:*
Tu tamen, ô nobis usu [20] *junctissime longo,*
[21] *Pars desiderii maxima pænè mei,*
Sis memor, &, si quas [22] *fecit tibi gratia* [23] *vires,*
[24] *Illos* [25] *pro nobis experiare, rogo:*
[26] *Numinis ut* [26] *læsi fiat mansuetior ira,*
[27] *Mutatoque minor sit mea pœna loco.*
[28] *Idque ita, si* [29] *nullum scelus est in pectore nostro,*
[30] *Principiumque mei criminis* [31] *error habet.*
[31] *Nec* [32] *breve,* [33] *nec tutum est, quo sint mea, dicere,* [34] *casu*
[35] *Lumina* [36] *funesti conscia facta mali.*
Mensque [37] *reformidat,* [38] *veluti sua vulnera, tempus*
Illud: & admonitu fit novum ipse dolor.
Et quæcunque adeò [41] *possint afferre pudorem,*
[42] *Illa tegi* [43] *cæcâ* [44] *condita nocte decet,*
Nil igitur referam, nisi me peccasse: (45 *sed illo*
Præmia peccato nulla petita mihi:)
[46] *Stultitiamque meum crimen debere vocari,*
[47] *Nomina si facto reddere* [48] *vera velis.*
[49] *Quæ si non ita sunt;* [50] *alium, quo longiùs absim,*
Quære (suburbana hæc sit mihi terra) locum.

17 Quod mihi evenit. i. exilium. Q. d. Sive fata possunt evitari ratione, sive non possunt, te tamen precor, ut sis memor mei.
18 Mihi prospiciendo.
19 Nullum consilium.
20 Longâ consuetudine.
21 Quem ferè maximè desidero.
22 Si quid vales gratiâ apud Cæsarem.
23 Auctoritatem juvandi amicos.
24 Tenta vires illas, & fac periculum & age causam meam. 25 Pro salute nostrâ. 26 Augusti quem offendi. 27 Me relegato in alium locum. 28 sc. *sit.* 29 Si nullum scelus commisi. 30 Causam. 31 Imprudentia. 32 Nec res brevis, sed longa narratu esset. 33 Propter Augustum, quem offenderem. 34 Infortunio. 35 Oculi mei. 36 Quod mihi funus & tristitiam attulit. 37 Timet referre. 38 Ac si vulnera tractarentur. 39 Quo Augustum læsi. 40 Et recrudescit dolor recordatione ipsâ. 41 Possint ignominiâ afficere. 42 Ignominiosa. 43 Perpetuâ taciturnitate. i. quæ Augustum agere vidi, perpetuo silentio involvenda sunt. 44 Tecta & occulta. 45 Sed peccatum illud imprudentur admisi, non ut aliquid indè præmii voluerim referre. 46 Dicam crimen meum errorem debere vocari. 47 Si velis nomina rebus respondere. 48 Convenientia. 49 Si res secus se habet: si quæ dixi, sc. me per imprudentiam peccasse, non sunt qualia à me dicta sunt. 50 Ordo est. *Quære alium locum.* i. quin tu me aliò deportandum cures, causam nullam dico *quo longiùs absim.* i. quo in loco remotior etiam ab urbe Româ, vel Tomo, exulem: *terra hæc sit mihi suburbana.* i. sit mihi quasi suburbium: vel non modò ad longius proficiscar exilium, sed etiam volo, ut tantum à Tomo ulteriùs absim, quantum à suburbiis Romanis absum, si non loquor vera.

ELE-

ELEGIA VII.

1 *VAde salutatum* 2 *subitò perarata* 3 *Perillam*
2 *Littera*, 4 *sermonis fida ministra mei.*
Aut illam invenies dulci cum matre sedentem,
Aut inter libros 5 *Pieridasque suas.*
Quidquid aget; cum te scierit venisse, 6 *relinquet:*
Nec mora, 7 *quid venias, quid-ve,* 8 *requiret, agam.*
Vivere me dices: sed sic, 9 *ut vivere nolim:*
10 *Nec mala tam longâ nostra levata morâ.*
11 *Et tamen ad Musas, quamvis nocuêre, reverti,*
Aptaque 12 *in alternos* * *cogere verba pedes.*
Tu quoque dic, 13 *studiis communibus* 14 *ecquid inhæres,*
Doctaque 15 *non patrio carmina more canis?*
Nam tibi cum facie mores natura pudicos,
16 *Et raras dotes* 17 *ingeniumque dedit.*
18 *Hoc ego* 19 *Pegasidas deduxi primus ad undas,*
Ne 20 *malè* 21 *fœcundæ vena* 20 *periret aquæ.*
22 *Primus id aspexi teneris in virginis annis,*
23 *Utique pater natæ, duxque comesque fui.*
Ergo si remanent 24 *ignes tibi pectoris iidem,*

1 Ad filiam Perillam scribens Ovidius, primò fatetur se Musis vacare, quamvis illæ sibi nocuerint: eamque hortatur, ut idem faciat, quò sibi immortalitatem comparet: nam ea formæ elegantia, inquit, quæ in illâ erat, senectute & tempore vitiabitur: at ingenii

dotes semper permanebunt. 2 O epistola citò scripta. Cic. *Hoc literularum* exaravi *egregiens e villâ ante ducem.* 3 Filiam meam. 4 Quæ fidelis transfers sermones meos. 5 Musas autores carminum. *Pieria* regio est in finibus Macedoniæ. Hinc Musæ *Pierides* dictæ creduntur, quòd in Pieriâ ex Jove & Mnemosyne natæ sint. 6 Desistet ab opere, te veniente. 7 Quare, propter quid, διὰ τί, cujus rei causâ. 8 Rogabit. 9 Sed vivere tam miserè, ut mori mallem, ut me tædeat hujus vitæ. 10 Dices etiam mala tanto temporis intervallo minimè esse imminuta. 11 Et tamen dices me iterùm versus componere, causas exilii. 12 In Dactylos & Spondæos, ex quibus versus conficiuntur. * Colligere. 13 Studiis Poëticis, quæ tibi cum patre Ovidio communia sunt. 14 Nunquid das operam? 15 Non lascivis numeris, ut pater tuus Ovidius usus est. i. amatorio. 16 Et bona animi vel corporis, quæ raris & paucis dantur. *Dos* enim non solum ea est, quæ marito ab uxore datur; sed etiam quicquid alicui, datum est, vel à naturâ, vel ab hominibus. Undè *dotes animi* dicimus prudentiam, justitiam, fortitudinem, cæteraque virtutes: item *dotes corporis*, robur, pulchritudinem, sanitatem, & id genus alia. 17 Poëticum, rarum inter fœminas. 18 Sc. *tuum ingenium*. 19 Ad fontem Musarum, quem Pegasus, equus alatus, natus ex sanguine Medusæ, cum ad Parnassum montem perveniisset, pede fodiens effecit. i. ad Hippocrenam. Vide Met. 4. Q. d. Ego te primus docui artem Poëticam. 20 Malè perderetur. i. ne vena ingenii tui exaresceret. Metaphora. 21 Abundantis, fertilis. 22 Primus hoc ingenium tuum notavi, te tenellâ adhuc virgine. 23 Et ut fui pater, ita fui dux & comes filiæ. i. ita duxi te ad sacra Musarum. 24 Ardor idem Poëseos.

25 Sola vate. Sappho ex Lesbo insulâ, Poëtria Græca, de quâ Heroid. Ep. 15.
26 Meum infortunium, sc. exilium.
27 Et vereor, ne non, postquam ego in exilium abii, in poëmatibus componendis ingenii vires exerceas.
28 Non tam vegetum.
29 Carmina legebas.

25 *Sola tuum vates Lesbia vincet opus.*
Sed vereor, ne nunc 26 *mea te fortuna retardet,*
27 *Postque meos casus sit tibi pectus* 28 *iners.*
Dùm licuit, 29 *tua sæpè mihi, tibi nostra, legebam,*
30 *Sæpè tui judex, sæpè* 31 *magister eram.*
Aut ego præbebam factis modò versibus aures:
32 *Aut, ubi cessaras, causa* 33 *ruboris eram.*
34 *Forsitan exemplo, quia me lædere libelli,*
Tu quoque sis pœnæ facta ruina meæ.
Pone, Perilla, metum, tantummodo fœmina nulla,
Neve vir à scriptis discat amare tuis.
Ergo 35 *desidiæ remove doctissima* 36 *causas,*
Inque 37 *bonas artes, & tua* 38 *sacra redi.*
39 *Ista decens facies longis vitiabitur annis.*
Rugaque in 40 *antiquâ fronte senilis erit:*
41 *Injicietque manum formæ* 42 *damnosa senectus,*
Quæ, 43 *strepitum passu non faciente, venit.*
Cùmque aliquis dicet, fuit hæc formosa, 44 *dolebis,*
Et speculum 45 *mendax esse querêre tuum.*
46 *Sunt & opes modicæ, cùm sis dignissima magnis:*
47 *Finge sed immensis censibus esse pares.*
48 *Nempe dat, &, quodcunque libet, fortuna, rapitque:*

30 Sæpè judicabam de tuis carminibus. 31 Docebam te. 32 Aut quando à recitatione desiteras, deprehenso à me aliquo errore in tuo carmine: *vel*, quando desistebis ab opere Poëtico, nihil agebas, otiabaris. 33 Pudoris: quia tui carminis errorem deprehendebas. 34 Ordo est: *Vereor, ne tu quoque sis facta ruina.* i. corrueris, *exemplo meæ pœnæ, quia libelli lædere me.* i. timeo, ne tu quoque meo exemplo corrueris, deserendo Poëtices studia, quòd ea me pœna affecerint. Al. *fata secuta.* i. infelicitatem meam secuta. 35 Depone timorem pœnæ, modò amatoria non scribis. 36 Timorem, ne quid tibi ex carminibus mali accidat. 37 Poësin. 38 Carmina sunt vatum sacra. 39 Hæc tua pulchritudo senectute deformabitur. 40 Senio jam confecta. Sic. 2. De Art. *Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos, Fit minor, & spatio carpitur ipsa suo.* 41 Et apprehendet corrumpetque formam. 42 Quæ juvenes damno afficit. 43 Gradu tacito, qui non sentitur. *Obrepit* enim *non intellecta senectus.* Juv. 44 Tristitiâ afficieris, quòd fueris formosa, & non sis. 45 Non redderet veram formam, & qualem priùs videras. Undè Helena se in speculo rugosam conspiciens, flebat, ut refert Ovid. Met. 15. *Flet quoque, ut in speculo rugas conspexit aniles Tyndaris, & secum, cur sit bis rapta, requirit.* Poteï subjungit: *Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetustas, Omnia destruitis, vitiataque dentibus ævi Paulatim lentâ consumitis omnia morte.* 46 Modicas quoque divitias habes. 47 Sed existima te possidere eas divitias, quæ possint comparari opibus & proventui ditissimi cujusque. 48 Fortuna divitias pro libitu & dat, & adimit. Sententia elegantissima, quâ docet, *divitiarum gloriam fluxam atque fragilem esse: virtutem claram æternamque haberi*, ut est apud Sal. in Cat.

49 *Irus & eſt ſubitò, qui modò* 50 *Cræſus erat.*
51 *Singula ne referam,* 52 *nil non mortàle tenemus,*
53 *Pectoris exceptis ingeniique bonis.*
54 *En ego* 55 *cùm patriâ caream, vobiſque, domoque,*
56 *Raptaque ſint, adimi quæ potuêre, mihi,*
Ingenio tamen ipſe meo comitque, fruorque:
Cæſar in hoc potuit 58 *juris habere nihil.*
Quilibet hanc ſævo vitam mihi 59 *figat enſe,*
Me tamen 60 *exſtincto fama ſuperſtes erit.*
61 *Dumque ſuis* 62 *victrix* 63 *ſeptem de montibus orbem*
Preſſpiciet domitum 64 *Martia Roma, legar.*
Tu quoque, quam ſtudii 65 *maneat felicior uſus,*
66 *Effuge* 67 *venturos, quà potes uſque, rogos.*

49 Mendicus pauper. Qui paulò ante erat ditiſſimus, ſolet à fortunâ deprimi, & pauperrimus fieri. Undè Propert. l. 3. El. 3. *Lydus Dulichio non diſtat Cræſus ab Iro.* Huc pertinet Sententia P. Syri: *Fortuna vitrea eſt, dùm ſtridet, frangitur.* Iri autem paupertas in proverbium abiit: ut hominem extremæ inopiæ *Iro pauperiorem* dicamus. 50 Rex Lydiæ ditiſſimus: undè, cùm immenſas opes ſignificare volumus, Crœſi divitias dicimus. 51 Quæ poſſidemus. 52 Omnia noſtra mortalia ſunt. 53 Quæcunque homines habent, præter animi & ingenii bona, mortalia & fragilia ſunt. Propert. *At non ingenio quæſitum nomen ab ævo Excidet, ingenio ſtat* ſinè morte decus. 54 Probat nunc ſe, quamvis patriâ, uxore, filiâ, domeſticiſque omnibus privatus ſit, perpetuò lectum iri, doctrinâque, quæ amitti non poteſt, immortalem fore. 55 Cùm exul ſim. 56 Ademptæ. 57 Ingenium comitem habeo. Paſſive. 58 Poteſtatis, ut mihi ingenium adimeret. 59 Auferat. 60 Mortuo. 61 Q. de Stante Româ, per totum orbem legar. 62 Quæ totum orbem devicit. 63 Roma enim ſeptem complexa fuit montes, ic. Capitolinum, Aventinum, Cœlium, Eſquilinum, Viminalem, Quirinalem, Palatinum: undè Roma *Septicollis* ac *Septimontium* appellata fuit. Sic Virg. Georg. 2. *Scilicet & rerum facta eſt pulcherrima Roma, Septemque una ſibi muro circumdedit arces.* 64 A Romulo, Martis filio, condita: vel *Martia.* i. bellicoſa. 65 Utinam maneat. i. quæ habeas fœliciorem utilitatem & fortunam ex ſtudiis Poëticis, quàm ego habui, vel, cui ſtudia fœliciùs ſuccedant. 66 Scriptis & carminibus tuis. 67 Mortem venturam. i. da operam, ne, qui rogus tuum corpus, ſimul etiam tuum nomen abſumat.

ELE-

ELEGIA VIII.

1 Desiderio cùm patriæ, tùm suorùm itaque neri Poëta scribit, ut cupiat celeri aliquo cursu eò se conferre: quam rem sibi Augustum solum præstare posse ostendit. Narratque exilii sui incommoda: optatque, ut tandem Cæsar iræ modum statuat, & mitius præbeat exilium.

1 NUnc ego 2 Triptolemi cuperem conscendere, currus,
3 Misit in 4 ignotam qui rude semen humum.
Nunc ego 5 Medeæ vellem frænare 6 dracones,
6 Quos habuit fugiens arce, Corinthe, tuâ.
Nunc ego 7 jactandæ optarem sumere pennas,
Sive tuas, 8 Perseu, 9 Dædale, sive tuas:
Ut, 10 tenerâ nostris cedente volatibus aurâ,
Aspicerem 11 patriæ dulce repente solum:
12 Desertæque domus vultus, 13 memoresque sodales,
Caraque præcipuè conjugis ora meæ.
Scilicet, quàm hæc frustrà votis 14 puerilibus optas,
Quæ 15 non ulla tibi 16 ferque ferè que dies?
Si semel 17 optandum est, Augusti 18 numen adora,
Et 19 quem sensisti, 20 ritè precare, 21 Deum.
Ille tibi 22 pennasque potest, currusque volucres
Tradere: 23 det reditum, protinùs 24 ales eris.
Si precer 25 hæc (neque enim possum majora precari)
Ne mea sint, timeo, vota 26 modesta parùm.

2 Currum intelligit, quem à Cerere accepit Triptolemus, Celei Eleusini regis filius, qui primus in Græciâ agriculturæ rationem creditur inveniſſe. Undè Ovid. 4. Fast. *Iste quidem moriturus erit, sed primus arabit, Et feret, & cultâ præmia tollet humo.* Eleusis civitas est Atticæ provinciæ, in quâ cùm regnaret Celeus, & Cererem, filiam quærentem, liberalissimè hospitio susceptisset, illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturæ. Filium quoque ejus Triptolemum, recens natum, per noctem igne fovit, per diem divino lacte nutrivit: & eum currui impositum, qui alatis serpentibus trahebatur, per totum orbem misit: ad usum frumenti hominibus indicandum. Vide Fast. 4. 3 Sevit. 4 Nondùm frumentum serentem: *vel*, ignotam semini, quia nondùm expertum erat terram. 5 Medea post Peliæ necem fraude interfecti, junctis currui draconibus aufugit. Hinc Ovid. Met. 7. *Quæ nisi pennatis serpentibus isset in auras, Non exempta foret pœnæ.* Indè Corinthum pervenit ad maritum Jasonem, qui Creusæ, Creontis regis filiæ amore captus, eam duxit uxorem, Medeam verò urbe expulit. Illa noctu regiam Creontis ingressa, eam certis medicamentis incendit, Creusam Creontemque etiam igne absumpsit, postea Athenas pervenit. Met. 7. 6 Quibus vecta est. 7 Alas movendas cùm volarem. 8 Qui Pegaso & aliis vehebatur. Met. 4. v. 616. 9 De quo Met. 8. Fab. 3. De Arte 2. v. 11. 10 Tenui, liquidâ. 11 Terram Romanam. 12 Et faciem domesticorum meorum, vel formam domus. 13 Mei. 14 Vanis, ineptis. 15 Nullum tempus. 16 Dat dabitque. 17 Ut redeam in patriam. 18 Majestatem. 19 Cujus iram expertus es. 20 Debito modo. 21 Augustum. 22 Media, quæ tibi instar pennarum curruumque erunt. 23 Concedat. 24 Utèris eâ celeritate in redeundo, quâ aves in volando. 25 Reditum in patriam. 26 Nimis magna petendo.

Forsitan hoc 27 *olim*, 28 *cùm jam saeviverit iram*,
Tunc quoque 29 *sollicitâ mente rogandus erit.*
30 *Quod minus interea est, instar mihi muneris ampli*,
Ex his me jubeat 31 *quolibet ire locis.*
Nec cœlum, nec aquæ 32 *faciunt, nec terra, nec auræ*:
Hei mihi 33 *perpetuus corpora languor habet!*
34 *Seu* 35 *vitiant* 36 *artus* 37 *ægræ contagia mentis*,
Sive mihi causa est 38 *in regione mali.*
39 *Ut tetigi Pontum, vexant me* 40 *insomnia*: 41 *vixque*
Ossa tegit macies, 42 *nec* 43 *juvat ora cibus.*
Quique 44 *per autumnum percussit frigore primo*
Est 45 *color in foliis*, 46 *quæ nova læsit hyems*,
47 *Is mea membra* 48 *tenet*: 49 *nec viribus allevor ullis*,
Et nunquam 50 *queruli causa doloris abest.*
Nec melius valeo, quàm corpore, 51 *mente*; 52 *sed ægra est*
Utraque pars æquè, 53 *binaque damna fero.*
54 *Hæret & ante oculos* 55 *veluti spectabile corpus*
Astans 56 *Fortunæ forma videnda meæ.*
Cùmque locos, moresque 57 *hominum*, 58 *cultusque*
59 *sonumque*
Cernimus, &, quid sim, quid fuerimque, subit;
Tantus amor 60 *necis est, quærar ut de Cæsaris irâ*,
61 *Quòd non offensas vindicet ense suas.*

27 Posthac.
28 Cùm jam iram posuerit Augustus.
29 Dubia, an id concessurus sit.
30 Quæ res est minoris momenti, quàm reditum concedere: *vel*, intereà quod est minus, licet mihi magni sit muneris loco, oro, ut jubeat ex hoc loco quovis alio migrare.
31 Quocunque id sit loco.
32 Mihi prosunt.
33 Assidua quædam debilitas.

33 Causas duas reddit sui languoris. Sive, inquit, animi dolore, sive cæ-
ris intemperie corpus vexatur. 35 Inficiunt, corrumpunt. 36 Membra,
corpus. 37 Tristis. 38 In Scythiâ. 39 Postquam in Ponticam regionem
perveni. 40 Impotentia dormiendi. Ter. *Nam aut jam revertêre, aut mox*
nediate adigent horsum insomnia. 41 Et præ macie vix ossa teguntur. 42
Et fastidio cibum. 43 Delectat. 44 Autumnali tempore. 45 Pallidus
sc. 46 Quæ novum frigus sive principium hyemis arefecit. 47 Pallor
sc. 48 Tanquam capta occupat, & in sua potestate habet. 49 Nec meis
viribus, nec alterius. 50 Lamentantis. 51 Animâ. 52 Sed pariter
malè valeo, tam animâ, quàm corpore. 53 Et patior morbum in corpo-
re: tristitiam in animâ. 54 Animo, cogitationi. 55 Tanquam si esset
corpus conspicuum, & dignum spectatu. 56 Qualitas & deformitas illa
meæ conditionis. Q. d. Præsens infortunium versatur ante oculos. 57
Linguam. 58 Vestitum. 59 Et verbi Tomitarum. 60 Me interficien-
di. 61 Quod non gladio me interficiendo, ulciscatur injurias suas.

At quoniam semel est odio 62 *civilitur usus,*
Mutato levior 63 *fuga nostra loco.*

62 Clementer, non vi & armis: sed ut civem tractare decuit. 63 Exilium meum.

ELEGIA IX.

Hîc quoque sunt igitur 2 *Graiæ (quis crederet?) urbes*
Inter inhumanæ nomina 3 *barbariæ;*
Hùc quoque 5 *Mileto missi venêre* 6 *coloni,*
Inque Getis 7 *Grajus constituere* 7 *domos:*
Sed vetus 8 *huic nomen, posità*que *antiquius urbe,*
Constat 10 *ab Absyrti cæde fuisse* 8 *loco.*
Nam 11 *rate,* 12 *quæ curâ* 13 *pugnacis facta Minervæ,*
Per non tentatas 15 *prima cucurrit aquas,*
Impia desertum fugiens Medea 16 *parentem,*
Dicitur 17 *his* 18 *remos applicuisse* 17 *vadis.*
Quem procul ut vidit 20 *tumulo* 21 *speculator ab alto;*
Hospes, ait, 22 *nosco* 23 *Colchide vela,* 24 *venit.*
Dùm trepidant 25 *Minyæ, dùm* 26 *solvitur aggere funis,*
Dùm sequitur celeres anchora tracta minus;

1 In Geticâ orâ, ut in aliis etiam regionibus, Urbes Græcas Geticam oram incoluisse docet, ab iisque etiam Tomitanæ urbi nomen fuisse impositum ostendit. 2 Græcæ. 3 Feræ gentis Geticæ. 4 Tomon, Milesii coloniam. 5 Milesii Tomon quoque tenuêre, quemadmodum aliæ quoque Græciæ coloniæ littus Geticum tenuêre. Fuit autem *Miletus* urbs quondam Joniæ, à *Mileto* appellata. 6 Habitatores. 7 Græcas urbes. Hîc apertè significat, *Tomon* locum à cæde Absyrti nominatum: ubi postea urbem condidêre Milesii, servato Prioris loci nomine. 8 Tomo ipsi, ubi exulo. Declinatur autem in singulari, *Tomos, Tomi*: diciturque à Græcò τόμος, i. sectio. Nam Medea, Absyrti soror, cum Jasone fugiens patrem Æetam, ut sequentis patris fugam moraretur, illic trucidavit Absyrtum fratrem, ac ejus membra passim projecit, ut pater disjecta colligeret membra. 9 Tomus enim locus ille antequam urbs à Milesiis conderetur, appellatus fuit. 10 Propter Absyrti mortem. 11 Navi Argo, cujus autor Minerva fuerat. 12 Argo navis. 13 Bellicosæ, quia Minerva belli Dea est. 14 Per aquas non antea navibus pervagatas. De hac navigatione vide Met. 7. Fab. Heroid. Ep. 12. 15 Primum navem fuisse Argo ait: in quam Argonautæ conscenderunt. 16 Patrem Æetam, Colchorum regem. 17 Getico littori. 18 Navem. 19 Æetam, patrem Medeæ, illam insequentem. 20 Colle aut rupe Getici littoris. 21 Aliquis ex Argonautis, vel ex indigenis Scythis, qui collem ascenderat, prospecturus, an eos, qui rapto aureo vellere aufugerant, ex Colchide aliqui insequerentur. 22 Inde speculator dixit, ô hospes. 23 Jason, quia huc modò cum Argonautis appulerat. 23 Cognosco vela hujus, qui venit ex Colchide. 24 Medeæ pater. 25 Thessali, sc. Argonautæ, à regiunculâ Thessaliæ sic appellati; vel à *Μινυᾶ*, Neptuni filio, qui illis imperavit. Nominat autem Thessalos, quia hi Argonautarum præcipui erant. 26 Getico littore. 27 Dum anchora tardè levatur.

28 *Con-*

28 *Conscia percussit meritorum pectora Colchis,*
Ausa atque 29 *ausura multa* 30 *nefanda manu.*
31 *Et, quanquam superest ingens audacia menti,*
32 *Pallor in* 33 *attonitæ virginis ore fuit.*
Ergo ubi prospexit 34 *venientia vela,* 35 *tenemur.*
Et pater est aliquâ fraude morandus, ait.
Dum quid agat 36 *quærit, dum* 37 *versat in omnia vultus,*
38 *Ad fratrem casu lumina flexa tulit.*
39 *Cujus ut oblata est præsentia,* 40 *Vicimus, inquit:*
41 *Hic mihi morte suâ causa salutis erit.*
Protinùs 42 *ignari, nec quicquam* 43 *tale timentis*
44 *Innocuum rigido* 45 *perforat ense* 44 *latus.*
Atque ita 46 *divellit, divulsaque membra* 47 *per agros*
Dissipat, in multis invenienda locis.
48 *Neu pater ignoret,* 49 *scopulo proponit in alto*
50 *Pallentesque manus, sanguineumque caput:*
Ut genitor 51 *luctuque novo tardetur, & artus*
Dùm legit exstinctos, 53 *triste retardet iter.*
Inde 54 *Tomos dictus locus hic; quia* 55 *fertur in illo*
Membra 56 *soror* 57 *fratris consecuisse sui.*

28 Medea conscia sibi sceleris, quod in patrem admiserat.
29 Utpote fratrem primo, deinde filios Peliam discerptura, Creusamque cum regiâ combusturа, &c.
30 Scelera.
31 Et quamvis non facile timeret.
32 Propter timorem insequentis patris.
33 Medeæ fœminæ perterritæ. 34 Appropinquantem navem. 35 Capti sumus. 36 Excogitat. 37 Circum spicit omnia. 38 Respexit fortè ad fratrem Absyrtum. 39 Quem postquam præsentem vidit. 40 Evasimus patrem insequentem, datur nobis effugiendi consilium. 41 Frater Absyrtus. 42 Nescientis velle Medeam illum interficere. 43 Se. mortem. 44 Latus Absyrti innocentis. 45 Trajicit. 46 Lacerat, differat. 47 Per Geticum littus dispergit. 48 Atque ut pater sciat, filium suum interfectum, & per agros ita discerptum. 49 In aitâ rupe ut conspici posset. 50 Exsangues. 51 Recenti tristitiâ ob mortem filii. 52 Dum colligit membra filii interfecti. 53 Moram injiciat itineri illi, sibi tristitiam allaturo. 54 A dissectione seu dilaceratione. à τέμνω, *seco* quod habet in Præd. Med. τέτομα: inde τόμος. i. *sectio.* 55 Dicitur. 56 Medea. 57 Absyrti.

ELEGIA X.

1 *Siquis adhùc* 2 *isthic meminit* 3 *Nasonis adempti,*

1 Exilii sui incommoda describit Poëta: sed inter cætera tantam vim frigoris esse asserit, ut flumina & maria, atque in his etiam pisces congelentur: & eo tempore Scythæ hostes, qui equitatu & sagittis plurimùm pollent, Istrum transeant, atque ea loca depopulentur, ac homines captivos ducant: quæ vero nequeunt abducere, ferro & igne destruunt. 2 Romæ. 3 Mei Ovidii exulis sive in exilium nisi.

Et 4 *superest sinè* 5 *me nomen in* 6 *Urbe meum,*
7 *Suppositum stellis,* 8 *nunquam tangentibus æquor,*
Me sciat 9 *in mediâ vivere Barbariâ.*
10 *Sauromatæ cingunt fera gens,* 11 *Bessique,* 12 *Getæque*
13 *Quàm non ingenio nomina digna meo!*
Dùm tamen 14 *aura* 15 *tepet,* 16 *medio defendimur Istro:*
17 *Ille suis* 18 *liquidus* 19 *bella repellit aquis.*
At cùm 20 *tristis hyems squallentia protulit ora,*
Terraque 21 *marmoreo est candida facta gelu;*
Dùm 22 *patet & Boreas, & nix jactata* 23 *sub Arcto:*
Tùm 24 *patet, has gentes axe tremente premi.*
Nix jacet: & jactam 25 *nec Sol pluviæque resolvunt;*
Indurat Boreas, 26 *perpetuamque facit.*
Ergo, 27 *ubi delicuit nondùm prior, altera venit:*
Et solet in multis 28 *hima* 29 *jacere locis.*
Tanta aque 30 *commotivis est Aquilonis, ut altas*
31 *Æquet humo turres,* 32 *tectaque rapta ferat.*
Pellibus: & sutis arcent 34 *mala frigora braccis,*
35 *Oraque de toto corpore sola patent.*
Sæpè 36 *sonant moti glacie pendente capilli,*
Et nitet 37 *inducto* 38 *candida barba* 37 *gelu:*
39 *Nudaque consistunt formam servantia* 40 *testæ*
Vina: 41 *nec hausta meri, sed data frusta bibunt.*

4 Memoriæ in hæret.
5 Meo corpore. Q. d. Si fiat adhùc mentio mei, & si quis sit, qui de me loquatur, & scire cupiat, ubi terrarum sim, &c.
6 Româ.
7 Positum sub stellis, quæ nunquam occidunt. Supra El. 4. *Proxima sideribus tellus Erymanthidos Ursæ me tenet.*
8 Septentrionem designat.
9 Inter medios Barbaros.
10 Sarmatæ populi Septentrionales. 11 Populi Thraciæ finitimi. 12 Scythiæ populi. 13 Nomina indigna, quæ ingenio meo celebrentur. 14 Abest frigus. Designat autem æstatem. 15 Non enim ibi servida æstas. 16 Arcemur ab hostibus Istro fluvio interfluente inter Tomon & Sauromatas: carent enim navibus, quibus trajiciant. 17 Ister. 18 Non gelu affrictus. 19 Quia hostes non possunt aquam tranare. 20 Tristitiam adferens. 21 Duro & candido, quale est marmor. 22 Apparet, aperto campo spirat non inclusus ab Æolo. 23 In Septentrione sub Urâ sydere. 24 Manifestum est, hos Septentrionales populos cœlo frigido, faciente in corporibus viventium tremorem, urgeri: vel *tremente*, i. nutante nimio vento. 25 Nec Solis calore, nec aquis pluvialibus liquefit. 26 Diuturnam. Sic. De Pont. l. 1. El. 4. *Fert ubi* perpetuas *obruta terra nives.* 27 Antequam prior nix lique facta est super ningit altera. *Delicuit* est à verbo *deliqueo.* Sic Met. 4. *Protinus imburum cœlesti nectare corpus* delicuit. 28 Nix duorum annorum. 29 Al. *manere.* 30 Rapacis. 31 Diruat, proflernatque. 32 Et domicilia secum rapiat. 33 Confectis ex villosis pellibus. 34 Nocentia. 35 Et facies sola est nuda, & cætera sunt tecta. 36 Pruinâ capillos occupante stridorem moti edunt. 37 Congelato anhelitu. 38 Non per se, sed cana facta gelu. 39 Sinè vasis. i. vina quoque nimio frigore congelata, vase fracto, formam ejus retinent. 40 Vasis. 41 Nec vinum hauriunt, sed congelatum per frusta bibunt.

Quid

Quid loquar, 42 *ut cuncti concreſcant frigore rivi?*
Deque lacu 43 *fragiles effodiantur aquæ?*
Ipſe, 44 *papyrifero qui non anguſtior* 44 *amne*,
Miſcetur vaſto 45 *multa per ora freto.*
46 *Cæruleos ventis* 46 *latices* 47 *durantibus Iſter*
Congelat, & 48 *tectis* 49 *in mare ſerpit aquis*:
Quâque 50 *rates ierant*, *pedibus nunc itur*: & 51 *undas*
Frigore concretas ungula pulſat equi:
Perque 51 *novos pontes ſubter labentibus undis*,
53 *Ducunt Sarmatici* 54 *barbara plauſtra boves.*
Vix equidem 55 *credar*: 56 *ſed cùm ſint præmia falſi*
Nulla, 57 *ratam debet* 58 *teſtis habere fidem.*
Vidimus ingentem glacie 59 *conſiſtere Pontum*,
Lubricaque 60 *immotas* 61 *teſta* 62 *premebat aquas.*
Nec 63 *vidiſſe ſat eſt*: 64 *durum calcavimus* 64 *æquor*:
Undaque 65 *non udo ſub pede ſumma fuit.*
66 *Si tibi* 67 *tale fretum quondam*, 68 *Leandre*, *fuiſſet*,
69 *Non foret anguſtæ mors tua crimen aquæ.*
Tum neque 70 *ſe pandi poſſunt Delphines* 71 *in auras*
Tollere: *conantes* 72 *dura coërcet hyems.*

42 Quomodo omnes rivi frigore congelentur.
43 Glacies, aut fruſta aquæ congelatæ.
44 Nilo papyrum ierente.
45 Per multa ora ſe in Pontum effundit. Septem enim oſtiis in Pontum influit. l. 2. v. 95.
46 Aquas fluentes & cæruleas:
47 Congelantibus. Sic De Pont. l. 4. El. 3. *Et coit aſtricto Par-*

barus Iſter aquis. 48 Coopertis glacie. 49 In Pontum Euxinum labitur. 50 Navigarant antea. 51 Et equi aquas congelatas transgrediuntur. Virg. 8. Æn. *Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.* 52 Glaciem, ſub quâ influit Iſter in Pontum, pontis vicem præbentem. 53 Trahunt. 54 Currus & rhedas Scytharum. 55 Huic rei, quam dicturus ſum, fides adhibebitur. 56 Sed quoniam nullum præmium conſequar, ſi mentitus fuero. 57 Firmam. 58 Se ipſum Ovidius *teſtem* appellat. 59 Concretum eſſe mare. 60 Quæ glacie conſiſtebant. 61 Aqua in teſtæ morem congelata. 62 Tegebat. 63 Aquam ita congelatam. 64 Mare congelatum. 65 Sub pede non madefacto. i. neque aqua pedes meos madefecit, cùm tamen naturale ſit aquæ humectare. 66 Obitur injicit Poëta Leandri fabulam. Tale quippiam mox poſiturus eſt: cùm enim dixiſſet. Ponticam regionem pomis carere, ſtatim ſubdit Acontii exemplum: *Poma negat regio*: *nec haberet Acontias*, *in quo Sc. ibere hîc dominæ verba legenda ſuæ.* 67 Mare ita congelatum. 68 Qui Helleſpontum tranare ſolebas. Leander enim & Hero mutuò ſe amarunt. Sed Leander ad Hero noctu ire conſueverat per fretum Helleſponticum, quod ſeſton & Abydin civitates interfluit. Cùm igitur Leandri ſubmerſi tempeſtate cadaver ad puellam delatum fuiſſet, Hero ſe de turri præcipitavit. 69 Helleſpontus non eſſet contaminatus tuâ morte, ſubmerſio tua non imputaretur Helleſponto, non ibi perriſſes natando, cum potuiſſes tranſire pedibus. Vide Virg. 3. Georg. & Ovid. Her. Ep. 18. 70 Patuli, lati, curvi. 71 Ex aquâ exiſire. 72 Dura glacies, aut aſperum frigus.

Et quanquam Boreas jactatis insonat 73 *alis,*
Fluctus 74 *in obsesso gurgite nullus erit.*
Includæque gelu stabunt, 75 *ut marmore, puppes:*
Nec poterit 76 *rigidas* 77 *findere remus aquas.*
Vidimus in glacie pisces hærere 78 *ligatos.*
Sed pars ex illis tunc quoque viva fuit.
Sive igitur nimii Boreæ vis sæva marinas,
Sive 80 *redundatas flumine cogit aquas;*
Protinùs, 81 *æquato siccis Aquilonibus Istro,*
Invehitur celeri 83 *barbarus hostis equo:*
Hostis 85 *equo pollens, longèque volante sagittâ,*
Vicinam latè depopulatur 87 *humum.*
Diffugiunt alii: nullisque tuentibus agros,
Incustoditæ diripiuntur opes.
Ruris opes parvæ, pecus, & stridentia plaustra:
Et quas divitias incola pauper habet.
Pars agitur vinctis post tergum capta lacertis,
Respiciens frustrà rura, Laremque suum.
Pars cadit humatis miserè confixa sagittis:
Nam volucri ferro tinctile virus inest.
Quæ nequeunt secum ferre, aut abducere, 98 *perdunt:*
Et cremat 99 *insontes hostica flamma casas.*
Tum quoque cùm pax est, trepidant formidine belli:
Nec quisquam presso vomere sulcat humum.
Aut videt, aut metuit locus hic, quem non videt, hostem:

73 Venti enim à Poëtis finguntur esse alati, quia celeriter aërem penetrant, Ovid. *Hic Boreas, aut hic non inferiora secutus Excussit pennas.*
74 Mari congelato, & glacie tecto, ac si obsessum esset. Q. d. Et licèt maxima tempestas sit, mare quietum erit.
75 Tanquam marmore inclusæ.
76 Duras.
77 Movere.
78 Congelatos.
79 Sive ergo mare sive flumen congelatur, protinùs deprædantur hostes vicinum agrum. 80 Ordo est: *Sive vis Boreæ cogit*, i. congelat, consistere facit, *flumine*. i. in ipso flumine, *aquas redundatas*, i. copiosas. 81 Glacie, tanquam aquo pavimento strato: *vel*, Istro ita adstricto, ut siccitati Boreæ par sit: *vel*, mox ut Ister gelatus æquabiliter fuerit. 82 Hostes celerrimè flumen transgrediuntur. 83 Saurómatæ. 84 Anadiplosis. Sic Virg. *Sequitur pulcherrimus Astur: Astur equo fidens & versicoloribus armis.* 85 Equitatu potens. 86 Tomo. 87 Terram. 88 Rusticorum divitiæ. 89 Opes, quas eripi dixit, enumerat. 90 Rapiunt hostes finitimi. Istrum transeuntes congelatum, eas opes, quas solent incolæ paupere possidere. 91 Nonnulli in captivitatem abducuntur, & in servitutem abripiuntur. 92 Domum suam. 93 Uncos & hamos habentibus. 94 Transfixa, transfossa. 95 Nam veneno tinctæ sagittarum aciem, ut vulnera difficiliùs curatu essent. Hinc De Pont. l. 1. El. 2. *Qui mortis sævo geminent ut vulnere causas, Omnia vipereo frigida felle linunt.* 96 Sagittis. 97 Quod tinctum est sanguine humano, aut quo tingitur acies sagittæ. 98 Corrumpunt. 99 Innocentes. 1 Ab hostibus accensa. 2 Taguria rusticorum. 3 Quia infida pax est. 4 Arat terram. 5 Ordo est: *Locus hic*, i. incolæ hujus loci, *aut videt, aut metuit hostem*, i. insidias hostium, *quem non videt*.

6 Ceſſat 7 iners rigido terra relicta ſitu.
8 Non hîc pampineâ dulcis latet uva ſub umbrâ:
9 Nec 10 cumulant altos 11 fervida muſta 12 lacus.
Poma 13 negat regio: nec haberet 14 Acontius, in quo
Scriberet hîc 15 dominæ verba legenda ſuæ.
Aſpiceres 16 nudos ſine 17 fronde, ſinè arbore campos,
Heu loca felici non adeunda viro!
Ergo tam latè pateat cùm maximus orbis:
18 Hæc eſt in pœnas 18 terra 19 reperta meas.

5 Non aratur, non ſeritur, nec fert.
7 Pigra, quia fructus non fert.
8 Non vites hîc creſcunt. Sic De Pont. l. 1. El. 4. *Non ager hîc pomum, nec dulces educat uvas.*
9 Nec vina premuntur.
10 Cumulatim implent.
11 Calida muſta. Solent enim muſta fervêre, & ideò caleſieri.
12 Vaſa, quibus vina, ex uvis expreſſa, excipiuntur. Tib. *Nec ſpes deſtituat, ſed frugum ſemper acervos Præbeat, & pleno pinguia muſta lacu.*
13 Non fert.
14 Aſpergit circumſtantiam quandam de Acontio, qui ex Cæâ inſulâ Delum navigavit ad ſacra Dianæ, quæ à virginibus celebrabantur: ubi amore Cydippes captus eſt: & cùm aperte non auderet eam uxorem petere, ipſe fraude pomum ante puellam projecit, in quo hæc carmina ſcripta erant: *Juro tibi ſanè per myſtica ſacra Dianæ, Me tibi venturam comitem, ſponſamque futuram.* Puella, pomo accepto, doli ignara, carmen legit, viſaque eſt ſeſe uxorem polliceri Acontio. Erat enim lex, ut, quæ in templo Dianæ dicerentur, rata fierent. Vide Heroid. Ep. 20.
15 Cydippæ.
16 Nec ſylvas, nec gramina habentes. Sic l. 1. De Pont. El. 4. *Non ſalices ripâ, robora monte virent.*
17 Frondiferis arboribus.
18 Pontica regio, quæ quidem ſola exſilium Poëtæ grave faciebat. Sic El. ſeq. *Pendimus en profugi (ſatia tua pectora) pœnas. Exſilioque graves, exſiliique loco.*
19 Excogitata.

ELEGIA XI.

1 SI quis es, 2 inſultes qui caſibus, improbe, noſtris,
3 Meque reum dempto fine 4 cruentus agas:
5 Natus es è ſcopulis, 6 nutritus lacte ferino,
Et dicam 7 ſilices pectus habere tuum.

1 In maledicum quendam, ſuppreſſo nomine invehitur Ovidius, quòd, cùm in Scythiâ, orbatus omni re charâ, in maximis degat incommodis, ille non his contentus, ei tamen inſultet: additque, magnum illi eſſe dedecus, oppugnare hominem miſerum. Monet denique, ut memor humanæ ſortis, nolit ampliùs commemorare Poëtæ crimina, ſed ea ſinet cicatricem obducere, cum præſertim nulla ejus fortuna poſſit fieri miſerior.
3 Irrideas, exagites mea mala. Exagitantur autem hæc maximè, cum objiciuntur, & dicuntur meritò ſuſtineri à nobis. Incipit ergo Elegiam ab accuſatione, cum tacitâ quadam admiratione: q. d. vix credi poſſe, tam durum eſſe hominem, qui non poſſit alienis expleri.
3 Et me perpetuò, ſinè fine, ac ſinè intermiſſione accuſes.
4 Sanguinem meum expetens.
5 Quia ut ſcopuli, ſic tu quoque inſenſibilis es. Notatio hominis immitis ἀπὸ ῥιζῶν. Sic Dido apud Virg. 4. Æn. *Sed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus, Hyrcanæque admôrunt ubera Tigres.*
6 Ajunt Phyſici, homines naturam illarum induere, quarum lacte nutriti ſunt: ergo, quia hic ferinam naturam habebat, putat illum nutritum lacte ferino.
7 Habere cor duriſſimum. Sic ſuprà l. 1. El. 7. *Et tua ſunt ſilicis circum præcordia vena.*

Quis gradus ulterior, quo se tua 9 *porrigat ira,*
Restat? quid-ve meis cernis abesse malis?
10 *Barbara me tellus, &* 11 *inhospita littora Ponti,*
Cumque truci Boreâ 12 *Mœnalis Ursa videt.*
13 *Nulla mihi cum gente ferâ commercia linguæ:*
Omnia 14 *solliciti sunt loca plena metus.*
Utque 15 *fugax avidis cervus deprensus ab ursis,*
Cinctaque 16 *montanis ut pavet agna lupis:*
Sic ego 17 *belligeris à gentibus* 18 *undique septus*
Terreor, 19 *hoste meum pænè premente latus.*
20 *Utque sit exiguum pœnæ, quòd conjuge charâ,*
Quòd patriâ careo, 21 *pignoribusque meis:*
Ut mala nulla feram, nisi 22 *nudam Cæsaris iram,*
Nuda parùm nobis Cæsaris ira mali est?
23 *Et tamen est aliquis,* 24 *qui vulnera cruda retractet,*
25 *Solvat &* 26 *in mores ora diserta meos.*
In causâ 27 *facili* 28 *cuivis licet esse diserto,*
Et minimæ vires frangere 29 *quassa valent.*
30 *Subruere est arces, & stantia mœnia,* 31 *virtus:*
Quamlibet ignavi 32 *præcipitata premunt.*
Non sum, qui 33 *fueram: quid* 34 *inanem proteris umbram?*
Quid 35 *cinerem saxis* 36 *bustaque nostra* 37 *petis?*
38 *Hector erat tunc, cùm bello certabat: & idem*

8 Quod aliud malum supersit, quod iratus mihi cupias accidere?
9 Procedat.
10 Addit malorum enumerationem, amplificatâ similitudine, quod ad hostium periculum attinet.
11 Portu carentiâ, & quæ accolunt homines fieri & inhospitales: *vel* peregrinis vel non adeunda.
12 Ursa Arcadia: Callisto enim, quæ postea in Ursam mutata dicitur, fuit ex Arcadiâ. Met. 2. Fab. 4, 5. Dicitur autem *Mœnalis* à *Mœnalo*, Arcadiæ monte.
13 Nulla mihi est communio cum gente Thraciæ.
14 Timoris sollicitudinem injicientia, propter gentes feras, quæ loca illa infestat. Sic Heroid. Ep. 1. *Res est* solliciti *plena* timoris amor.
15 Celer.
16 Sylvestribus & feris.
17 Bellicosis.
18 Circumcinctus.
19 Hoste existente mihi propemodum ad latus.
20 Quasi exsilium non sit satis pœnæ, ut accedere quoque debeat tua insultatio.
21 Amicis.
22 Solam.
23 Repetit accusationem, & ostendit ejus petulantiæ turpitudinem explicatione & velut quadam picturâ inceptæ enumerationis malorum, in quâ often sit, non esse dignum gloriâ, imbecillem adoriri, & jacentem impellere, sed potentem, & stantem.
24 Qui dolorem, nondùm ablatum, renovet.
25 Loquatur, causam agat facundè.
26 Contra virum meum.
27 Probatu, ut mea est, qui ipse me peccasse fateor.
28 Unusquisque facilè multa ingerere potest.
29 Debilitata, semifracta.
30 Effodere. Sen. Subruunt *terram thesauros quæritant*.
31 Fortitudo.
32 Jam victa & diruta.
33 Cùm Romæ degerem.
34 Concussas umbram sine corpore, i. me sine ullis viribus.
35 Me civiliter mortuum.
36 Cadaveris reliquias. *Bustum* propriè locus dicitur in quo mortuus combustus ac sepultus fuit. quasi *bene ustum*. Nunc vulgo *bustum* appellamus sepulchrum: quamvis cadavera non urantur.
37 Insequeris?
38 Hector erat fortis, tunc cùm vivebat, & hostibus poterat resistere: nam *Hector* sæpè pro viro forti sumitur; sed cùm ab Achille ter circum muros Trojanus raptaretur, non vivebat, nec uti poterat viribus: nam non is erat, qui fuerat.

Tractus ab 39 *Æmonio, non erat Hector, equo.*
Me quoque, 40 *quem noras olim, non esse memento:*
Ex illo 41 *superant hæc simulacra viro.*
Quid simulacra ferox dictis 42 *incessis* 43 *amaris?*
Parce, precor, 44 *manes sollicitare meos.*
45 *Omnia vera puta mea crimina; nil sit in illis,*
Quod magis errorem, quàm scelus, esse putes.
46 *Pendimus en* 47 *profugi* 48 *(satis tua pectora) pœnas,*
49 *Exsilioque graves,* 50 *exsiliique loco.*
51 *Carnifici fortuna potest mea* 52 *fluenda videri;*
53 *Te tamen est uno judice* 54 *mersa parùm.*
55 *Sævior es tristi* 56 *Busiride: sævior* 57 *illo,*
Qui 58 *falsum* 59 *lento torruit igne bovem:*
60 *Quique bovem Siculo fertur donasse tyranno,*
61 *Et dictis artes conciliasse suas.*
62 *Munere in hoc, Rex, est* 63 *usus,* 64 *sed imagine major:*
65 *Nec sola est* 66 *operis forma probanda mei.*
Aspicis à dextrâ latus hoc 67 *adapertile tauri?*
Hac tibi, quem 68 *perdes, conjiciendus erit.*

39 Ab equo Thessalico, undè Achilles erat, ab *Æmo*, Thessaliæ monte, dicto. 40 Qualem. 41 Superest hoc corpus sinè viribus. *Simulacra* propriè sunt mortuorum imagines. His autem verbis Poëta se quasi mortuum esse significat, nec quicquam præter simulacrum restare. 42 Lacessis, convitiis & maledictis petis, accusas? 43 Atrocibus. 44 Inquietam reddere animam meam, quæ à corpore meo discessit: nam dum me vivum agitare credis, mortuum insequeris. 45 Existima omnia, quæ mihi obiiciuntur, crimina vera esse, eaque non errorem, nec imprudentiam, sed scelera finge appellari posse, satis certè pœnas luimus. 46 Solvimus pœnas. Virg. *Tùm* pendere pœnas *Cecropida jussi.* Quæ significatio indè deducta est, quia antequam signatus esset nummus, cùmque Romani adhuc gravi ære uterentur, non numerato ære, ut hodiè, sed penso utebantur. 47 Fugati in Scythiam. 48 Expleas crudelitatem tuam mei, suppliciis. Exclamatio doloris plena. Sic Met. 6. *Satiaque meo tua pectora luctu, Corque ferum sacia.* 49 Molestas & magnas exsilii turpitudine. 50 Tomo. Q. d. Non modò in exsilium missus sum, verùm etiam incommodissimus exsilio locus electus est. 51 Sanguinario & crudelissimo homini. 52 Miserabilis. 53 Te solo ita judicante. 54 Afflicta. Al. *mœsta.* 55 Utitur Poëta exemplis carnificis Busiridis, Phalaridis & Perilli: quibus omnibus crudelitate hunc præfert. 56 Neptuni filio, crudelissimo Ægyptiorum tyranno. Hic cùm hospites omnes Jovi immolaret, ab Hercule, cùm easdem illi insidias pararet, interfectus est. Vide Serv. ad 3 Georg. iv. 5. 57 Phalaride crudelissimo Agrigentinorum tyranno. 58 Æneum, cui hominem incluserat. 59 Remotiori, ut lentè combureretur inclusus. 60 Perillus, qui Phalaridi bovem illum æneum fecerat, ut inclusus, cùm torreretur, lamentationibus mugitum referret: Perillus autem, præmii loco, primus bovi inclusus est, ut ab illo experimentum caperet. Ovid. in Ibin: *Ære Perilleo veres imitere juvenco, Ad formam tauri conveniente sono.* 61 Et verbis laudasse atque ornasse munus atque artificium suum, illudque fecisse acceptius. 62 Hæc sunt Perilli verba ad Phalaridem Regem. 63 Utilitas. 64 Sed major est usus, quàm extrinsecùs apparet. 65 Duo laudat Perillus in tauro æneo, & utilitatem & formam. 66 Bovis, quem artificiosè fabricavi. 67 Quod facilè aperiri potest. 68 Occidere voles.

Proti-

Protinùs inclusum 69 *lentis carbonibus ure,*
Mugiet, 70 *& veri vox erit illa bovis.*
71 *Pro quibus inventis, ut* 72 *munus munere pensem,*
Da, precor, ingenio præmia digna meo.
73 *Dixerat: at Phalaris, Pœnæ* 74 *mirande repertor,*
Ipse tuum præsens 75 *imbue, dixit, opus.*
Nec mora: 76 *monstratis crudeliter ignibus ustus,*
Exhibuit 77 *geminos ore* 78 *gemente sonos.*
79 *Quid mihi cum Siculis, inter Scythicosque Getasque?*
80 *Ad te* 81 *(quisquis es) nostra querela redit.*
Utque 82 *sitim nostro possis explere cruore,*
83 *Quantaque vis avido gaudia corde feras:*
84 *Tot mala sum* 85 *fugiens tellure, tot æquora* 86 *passus,*
Te quoque ut 87 *auditis possedolere putem.*
Crede mihi, si sit nobis collatus 88 *Ulysses,*
89 *Neptuni minor est, quàm* 90 *Jovis ira fuit.*
91 *Ergo quicunque es,* 92 *rescindere crimina noli,*
93 *Deque gravi* 94 *durus vulnere tolle manus.*
Utque meæ famam 95 *tenuent oblivia culpæ,*
Facta 96 *cicatricem ducere nostra sine:*
Humanæque memor 97 *sortis, quæ* 98 *tollit eosdem,*
Et 99 *premit,* 1 *incertas ipse verere vices.*
Et quoniam, 2 *fieri quod nunquam posse putavi,*
Est tibi de rebus maxima 3 *cura meis;*
Non est quod 4 *timeas: fortuna miserrima nostra est:*
Omne 5 *trahit secum Cæsaris ira malum.*

69 Languidioribus primis exstinctis.
70 Et gemitus ille referet veram vocem bovis.
71 Pro quo invenio bove.
72 Bovem, quem tibi donavi.
73 Perillus.
74 Mirabilis.
75 Tu primus experire.
76 Quorum modum ipse Regimon-ſtraverat.
77 Et humanos & bubulos.
78 Al. *trementè.*
79 Quid crudelitatem Phalaridis & Perilli Siculi refero, inter feros & remotos populos degens? 80 Ad exprobrandam crudelitatem in me tuam. i. de tuâ crudelitate iterum conqueror. 81 Quisquis ille es, qui meo cruore non expleris. 82 Crudelitatem tuam, & nimium desiderium sanguinis & mortis meæ. 83 Quantalibet. 84 Repetit locum de suis malis & confert se cum Ulysse. 85 In exsilium proficiscens. 86 In itinere meo. 87 Meis se. malis. i. si tibi omnia mea mala referrem. 88 Qui decennio erravit. i. si mala Ulyssis cum meis conferantur. Vide El. 4. l. 1. 89 Neptuni indignatio. Neptunus enim Ulyssem insecutus est, quòd ille ejus filium Polyphemum excæcavit, quam obcausam ille posteà pertulit tempestatem. Sic loco citato: *Illum Neptuni, me Jovis ira premit.* 90 Augusti. 91 Petit jam Poëta ut sibi parcatur: ad quod utitur argumento ab inconstantiâ fortunæ, & rerum humanarum. 92 Commemorare ac renovare, ut vulnera, quæ novaculâ aperiuntur. 93 De magno meo malo. 94 Immites, crudeles. 95 Imminuant. 96 Sanari, ut vulnera, quæ cicatricibus coëunt. 97 Fortunæ. 98 Elevat prosperâ fortunâ. 99 Opprimit. Undè Juv. *Si fortuna volet, fies de Rhetore Consul. Si volet hac eadem fies de Consule Rhetor.* 1 Vicissitudines fortunæ, quas ignoras an tibi quoque obesse possint. Et ut Terentius ait: *Omnium rerum vicissitudo est.* 2 Quod mihi impossibile videbatur. 3 Sollicitudo, ne i educar. 4 Me rediturum. 5 Dat.

6 *Quod magis ut liqueat, neve hoc ego* 7 *fingere credar,*
8 *Ipſe velim pœnas experiare meas.*

6 Me miſerum eſſe. 7 Commiſci, mentiri. 8 Imprecatio.

ELEGIA XII.

1 *Frigora jam* 2 *Zephyri minuunt:* 3 *annoque peracto,*
4 *Longior antiquis viſa Mœotis hyems.*
5 *Impoſitamque ſibi* 6 *qui non benè pertulit Hellen,*
7 *Tempora nocturnis æqua diurna facit.*
8 *Jam violas puerique* 9 *legunt hilareſque puellæ,*
10 *Ruraque quæ nullo nata ſerente ferunt.*
Prataque 11 *pubeſcunt variorum flore colorum,*
12 *Indocilique loquax gutture* 13 *vernat avis.*
14 *Utque malæ crimen matris deponat* 15 *hirundo,*
Sub trabibus 16 *cunas, tectaque parva facit.*

1 Non finè magnodolore Poëta variis exemplis ver aliis adeſſe ſignificat, quod apud Scythas in Septentrionali plagâ ubi exſulabat, hac unâ re deprehendi poſſe ſcribit, quòd nix, flumina, antè plauſtris pervia, & maria, duro frigore concreta, tunc regelantur, incipiuntque etiam nautæ navigare: qui, ſi in Scythiam pervenerint, ſe illis dicit occurſurum, ut ab his intelligat de Cæſaris triumphis. Quòd ſi quis aliquid referre potuit, protinùs à Poëtâ domum deducetur, fietque ejus hoſpes: precatur denique, ut domus, quam habebat in Scythiâ, non ſit perpetua Poëtæ ſedes, ſed hoſpitium, ut aliquando in patriam redeat. 2 Venti ab occaſu æquinoctiali flantes. *Zephyrus* dicitur, quaſi ζωὴν φέρων, quòd ſatis *vitam adferat*. 3 Et finitâ hyeme, quæ ultima anni pars eſt. Videtur hic Ovidius ſentire, annum hyeme finiri, vere autem incipere: quia Martius menſis, regnante Romulo, quo menſe etiam ver incipit, fuit anni principium. Vide Faſt. 1. 4 Hyems, quam habui in Scythiâ, ubi palus Mœotis eſt, longior, mihi viſa fuit, quàm præteritæ ac veteres, quibus Romæ vixi. 5 Æquinoctium vernum deſcribit. 6 Aries ſc. qui poſteà inter ſydera collocatus. Phryxum & Hellen per Helleſpontum tranſtulit. Helle autem in Helleſpontum decidit: ideoque hîc Poëta Arietem dicit non benè pertuliſſe Hellen. Phryxus verò incolumis ad Æneam pervenit, & arietem Jovi immolavit, cujus effigiem inter ſydera conſtituit. Vide Faſt. 3. 7 Sole in Ariete conſiſtente, nihilo longiora ſunt tempora dici, quam noctis. 8 Ingenioſe ac venuſtè ver deſcribit Poëta: cujus ſimilis deſcriptio eſt 1. Faſt. *Die age, frigoribus quare novus incipit annus*, &c. 9 Colligunt, carpunt. 10 Carpunt etiam alia, quæ ſuâ ſponte in agris naſcuntur, ſive quæ rura ſponte ferunt. 11 Florent, ut in adoleſcentiâ homines pubſcere ſolent. 12 Non docto. i. quod à nullo doctum fuit, niſi à naturâ. 13 Lætatur, laſcivit cantu. Metaphora ab agris & arboribus, quæ verno tempore lætæ & floridæ ſunt. Plaut. *Aviculæ vernant*. 14 Ne ampliùs malæ matris nomen obtineat deponendo in cunis & nidis pullos ſuos. Reſpicit autem ad fabulam Prognes, quæ Ityn filium ſuum interfecit, & patri Tereo epulandum appoſuit, ut uleiſceretur vim ſorori Philomelæ à Tereo turpiter illatam: qui eâ non contentus injuriâ, linguam etiam Philomelæ amputaverat, ne poſſet per vocem facinus aperire. Indè mutati ſunt Tereus in upupam, Itys in phaſianum, Philomela in luſciniam, Progne in hirundinem, Met. 6. Fab. 8. 15 Quæ *veris præcurſia* 2. Faſt. appellatur. 16 Nidos, quibus pullos foveat.

Herbas

Herbaque quæ latuit 17 *Cerealibus* 18 *obruta ſulcis,*
19 *Exſerit è* 20 *tepidâ molle cacumen humo:*
21 *Quoque loco eſt vitis, de palmite* 22 *gemma* 23 *movetur:*
24 *Nam procul à Getico littore vitis abeſt.*
Quoque loco eſt arbor, 25 *turgeſcit in arbore ramus:*
Nam procul à Geticis finibus arbor abeſt.
26 *Otia nunc iſtic,* 27 *junctiſque ex ordine ludis*
28 *Cedunt verboſi garrula verba fori.*
Luſus 29 *equis* 30 *nunc eſt, levibus nunc luditur* 31 *armis,*
Nunc pila, nunc celeri 32 *vertitur* 33 *orbe trochus.*
Nunc ubi perfuſa eſt 34 *oleo labente juventus,*
35 *Defeſſos artus* 36 *Virgine tingit aquâ.*
37 *Scena viget,* 38 *ſtudiiſque favor diſtantibus* 39 *ardet,*
40 *Cumque tribus reſonant terna theatra foris.*

17 Frumentum, Cereris donum, occultantibus, Frumentum quoque apparere oſtendit. 18 Tecta. 19 Nudat. 20 E terrâ mediâ inter frigus & calorem: ſic enim verno tempore eſſe ſolet. 21 In illis regionibus, ubi vites naſcuntur. 22 Oculus, quem primò vitis emittit. Belg. *de knop.* Sic 1. Faſt. *Et nova de grævido palmite* gemma *tumet.* 23 Creſcit, quod perpetuo motu ſit. 24 Hic enim non ſunt vites. Vide El. 10. 25 Intumeſcit. 26 Feriæ nunc ſunt Romæ. 27 Dum ludus ludo ſuccedit, variis ludorum generibus ſe invicem ſequentibus. 28 Concedunt, dant locum. i. non dicitur jus Romæ eo tempore, quo in ſcenâ ludi celebrantur: vel ſic, Romana juventus, ludis & certaminibus campi Martii intenta, non frequentat forum. 29 Quos diſcebant Romani in gyrum flectere. 30 Aliquando. 31 Armorum exercitatione. 32 Volvitur. 33 Agitatione. 34 Ceromate. i. unguento, quo ungebantur athletæ; dum certaturi erant. Id unguentum ex oleo terrâque conſtabat in ſpeciem luti, nec ex omni quidem terrâ, ſed ex quibuſdam ejus generibus robuſtiora fieri corpora, & ad tolerandos æſtus atque algores firmiora arbitrabantur: ut erat albida quædam terra pertenuis ex Albano agro, & rubrica, aliæque hujuſmodi terræ complures. Adhibebatur quippe oleum tùm ad agilitatem præſtandam, ut corpora lubrica fierent: tùm quòd natura olei eſt tepefacere membra, & contra algores munire: denique ad indurandos magis artus, & adverſus æſtum firmandos adjungebatur. 35 Exercitis. 36 Aquâ virginis, quæ Romæ erat: à *virgine*, quæ ejus fontem indicavit, ita appellatâ: Al. *tingere gaudet aquâ.* Romani enim campum Martium vicinum Tiberi delegerunt: in quo juventus poſt exercitium armorum ſudorem pulveremque dilueret. 37 In ſcenâ varii etiam ludi exhibentur in præſentiâ. 38 Favoribus diverſis, nam alii aliis favebant in ludis. Virg. Æn. 5. *Studiiſque faventum Conſonat omne nemus.* Intelligit autem cùm ludos gladiatorios, in quibus gladiatores etiam ſuos fautores habebant, tum imprimis quatuor illas Circenſibus ludis aurigarum factiones, Venetam, Præſinam, Albam, & Roſeam, à coloribus dictas. Cauſa autem numeri & diverſorum colorum hæc erat, ut quatuor anni tempora repræſentarentur: ſiquidem Præſinus, qui color eſt viridis, virenti veri dicatus erat, Roſeus flammeæ æſtati, Venetus nubilæ hyemi, Albus pruinoſo autumno. 39 Iraſcitur vel optat, aut præ nimio alicujus factionis amore uritur. Virg. Ardet *amans Dido.* 40 Et tria theatra cum tribus foris Romano, Julio, & Auguſto, vicina campo Martio, ubi hæc ſpectacula exhibentur, præ nimio clamantium ſtrepitu reſonant.

41 *O quater & quoties, non eſt numerare, beatum*
Non interdictâ cui licet 42 urbe frui!
43 *At mihi ſentitur nix verno Sole ſoluta,*
Quæque lacu 44 duro 45 non fodiantur 46 aquæ:
Nec mare concreſcit glacie: nec, ut antè, per 47 Iſtrum
48 *Stridula Sauromates plauſtra bubulcus agit.*
Si tamen incipient aliquæ hùc 49 adnare 50 carinæ,
51 Hoſpitaque in Ponti littore 52 puppis erit;
Sedulus occurram nautæ, 53 dictâque ſalute,
Quid veniat, 54 quæram, 55 quis-ve, 56 quibuſve locis.
Ille quidem (mirum) niſi de regione propinquâ:
Non niſi vicinos tutus 57 araret aquas.
*Rarus ab Italiâ * tantum mare navita tranſit;*
Littora rarus in hæc portubus 58 orba venit.
Sive tamen Græcâ ſcierit, ſive ille Latinâ
59 Voce loqui, 60 certè gratior hujus erit.
Fas quoque ab ore 61 freti, 62 longæque Propontidos undis
Hùc aliquem certa 63 vela dediſſe Noto.
64 *Quiſquis is eſt, memori 65 rumorem voce referre,*
66 Et fieri famæ parſque graduſque poteſt.
Is, precor, auditos poſſit narrare triumphos
67 Cæſaris, & 68 Latio reddita vota Jovi:
Teque 69 rebellatrix tandem Germania magni
70 Triſte caput pedibus ſuppoſuiſſe 71 ducis.

41 O infinitis vicibus beatum, cui licet eſſe Romæ. 42 Româ. 43 Hic nivem verno tempore liquefieri cerno. Incipit. commemorare, quibus rebus noſcatur Ver apud Scythas, ut ex collatione ejus incommoda oſtendat. 44 Congelato. 45 Non rumpantur; quia vere ſponte ſolvuntur. 46 Sc. *ſentiuntur.* 47 Congelatum 48 Stridentes currus incola ex Sauromate regione, agens boves currum trahentes, agit. 49 Adnavigare. 50 Naves. 51 Peregrinâ navis. 52 Poſtquam ſalutem ipſi precatus ſum. 53 Interrogabo. 54 Sc. *ſit.* 55 Vide. 56 Ordo eſt: *Mirum quidem ſc.* eſt, *niſi ille* ſc. veniat *de regione propinquâ.* i. Propontide, Thraciâ, &c. 57 Navigaret navi aquas ſulcans, ut aratro terra ſulcatur. * Tam magnum. 58 Privata, carentia. 59 Linguâ. 60 Erit profectò jucundior vox hujus Latini ſermonis. i. libentiùs nautas alloquar Latinè, quàm Græcè: quia mihi patria lingua eſt. 61 Maris. i. Helleſponti. 62 Cujus longitudo undecim, latitudo tantum tria millia paſſuum. 63 Ventis adnavigaſſe. 64 Quicunquè ad Ponticum littus venerit. 65 Incertos vulgi ſermones. 66 Rumor ille poteſt ad partem aliquam, ſeu gradùm veritatis ſive famæ certioris pervenire. Eſt autem periphraſis nuntii, qui & *pars* quodam modo eſt *famæ*, quam affert, quatenùs eum affert, & *gradus.* i. augmentum & ipſe autor. Q. d. Semper aliquid novus adjicit autor. 67 Druſi, vel Auguſti, cujus ille auſpicijs militabat. 68 Capitolino, qui Romæ colebatur, quæ erat pars Latii, ad quem duces triumphantes veniebant, & vota ſuſcepta perſolvebant. 69 Quæ diu detrectaſti jugum. Vide Flor. l. 4. c. 12. 70 Contumax, ferox. 71 Tiberii. i. victam eſſe à Tiberio.

72 *Hæc*

72 Hos triumphos 73 Narrabit. 74 Quæ doleo me cernere non potuisse. 75 Illum apud me

72 *Hæc mihi qui* 73 *referet*, 74 *quæ non vidisse dolebo*,
75 *Ille meæ domui protinùs hospes erit.*
Hei mihi! jam-ne 76 *domus Scythico* 76 *Nasonis in orbe est?*
Famque 77 *suum mihi dat pro* 78 *Lare pœna* 77 *locum?*
Dii facite, ut Cæsar 79 *non hoc penetrale, domumque,*
80 *Hospitium pœnæ sed velit esse meæ.*

quamprimùm hospitio excipiam. 76 Domus mea. 77 Locum ipsius exsilii. i. Tomon, in quo mihi luenda pœna est. 78 Domo. Q. d. Jamque pœnâ dat mihi domum Scythicam, ut perpetuò illic manendum sit mihi, aut domi manemus? Vel per *pœnam* intellige Augustum, qui constituit pœnam. 79 Non velit hanc esse domum. Penetrale fit à *penitus*, i. intrinsecùs, & significat id, quod in intimo loci est. 80 Diversorium ad tempus, i. ut brevi tempore maneam.

ELEGIA XIII.

1 Cùm natalis Poëtæ adesset, superfluum fuisse dicit, in ea loca illum venisse, ubi non licet illi ex more solennia sacra exhibere: monetque, ne ampliùs redeat, quamdiu erit in Scythiâ.

1 *Ecce* 2 *supervacuum* (3 *quid enim fuit utile nasci?*)
4 *Ad sua natalis tempora noster adest.*
5 *Dure, quid ad miseros veniebas exsulis annos?*
Debueras illis imposuisse 6 *modum.*
7 *Si tibi cura mei, vel si pudor ullus adesset,*
8 *Non ultra patriam me sequerere meam.*
9 *Quoque loco primùm* 10 *male sum tibi cognitus infans,*
Illo tentasses ultimus esse mihi:
11 *Inque relinquendo,* 12 *quod idem fecêre sodales,*
Tu quoque dixisses triste in urbe, 13 *Vale.*
14 *Quid tibi* 15 *cum Ponto? num* 16 *te quoque Cæsaris ira*
Extremam elidi misit in orbis humum?
Scilicet exspectas 17 *solitum tibi moris honorem?*

2 Superfluus. 3 Rationem reddit, quare ejus natalis fuerit superfluus. Hoc autem dicit, quia in Scythiâ in maximis incommodis exsul degebat. 4 Tempore quo natus fui. 5 O crudelis natalis, cur venisti ad hanc meam ætatem tam infelicem? Debebas enim exsilium mihi nascenti avertere finiendo vitam, antequam exsularem. 6 Finem, ut morerer. 7 Si tu mei curam gereres. 8 Non comes exsulis esses, sed debuisses, postquam in exsilium abii, me tanquam mortuum deserere, & vitam meam finire. 9 Debuisti me etiam interficere Sulmone, cùm primùm natus fui. 10 Infeliciter. i. malis & infortuniis exsilii obnoxius. 11 In permittendo me mori in urbe: *vel*, non prosequendo me in exsilium. 12 Nam me ab Augusto damnatum deservêre. 13 Ut non ampliùs accederes ad me. 14 *Sc. rei est?* 15 Cum Tomo, Pontică urbe, ubi exsulo. 16 Uti me misit, quem tu sequeris. 17 Consuetam celebrationem. i. exspectus ut te, quem admodùm solebam, honorem?

Pen-

Pendeat ex humeris veſtis ut 18 *alba meis?*
19 *Fumida* 20 *cingatur florentibus ara coronis?*
Micaque ſolenni thuris in igne ſonet?
22 *Libaque dem pro te* 23 *geniale notantia tempus?*
Nuncupiamque bona ore 24 *favente preces?*
Non ita ſunt poſitu, nec ſunt 26 *ea tempore nobis,*
Adventu poſſim lætus ut eſſe tuo.
Funeris ara mihi 27 *ferali cincta cupreſſo*
Convenit, & ſtructis 28 *flamma parata rogis.*
Nec 29 *dare thura libet nil* 30 *exorantia Divos:*
31 *In tantis ſubeunt nec bona verba malis.*
Si tamen eſt aliquid nobis 32 *hac luce petendum,*
33 *In loca ne redeam ampliùs iſta, precor:*
Dùm me terrarum pars pænè 34 *noviſſima Pontus,*
35 *Euxinus falſo nomine dictus habet.*

18 Candida, quam induebant qui natalem celebrabant. Vide Propert. l. 3. El. 9.
19 Fumans ex oblato ſacrificio. Sic Amor. l. 2. El. 14. *Ipſe ego thura dabo fumoſis candidus aris.*
20 Floribus & ſertis ornetur? 21 Et ſacrificem thus? 22 Sacrificem. *Liba* erant placentæ, quæ farre, melle, & oleo conſtabant, & aptæ erant ſacrificiis. 23 Voluptuoſum, lætum, aut quo Genio ſacrificatur. *Genius* Deus eſt, in cujus tutelâ, ut quiſque natus eſt, vivit: à *gignendo* ſic appellatus, quod nos *genitos* ſuſcipiat ac tueatur. 24 Nihil miniſtri, aut mali omnis cauſa dicente, aut potius bona verba proferente. i. precante propitium numen, & felicem rei eventum ἐυφημοῦντι. 25 Non ſic res meæ ſe habent, non eſt ſic ſtatus meus. 26 Tam felicia. 27 Funebri. 28 Exequiæ. 29 Sacrificare. 30 Precibus impretantia, conciliantia: quia in patriam redire mihi non concedunt. 31 Neque ullæ bonæ precationes mihi occurrunt. i. nec precari mihi lubet. Tib. *Dicamus* bona verba, *venit natalis ad aras.* 32 Hoc natali, quo aliquid à Diis petebant. 33 Ut ſequenti anno non ſim in Ponto. 34 Ultima. 35 Mare illud, quod Pontum alluit, *Pontus Euxinus* etiam dicitur ab εὖ *bene*, & ξεῖνος. i. *hoſpes*: quaſi *bonum hoſpitium* ſit, quod per contrarium dictum eſt: cùm minimè ſit *hoſpitalis*. Nam circa Pontum Euxinum loca ſunt aſperrima & fera, genteſque etiam immites. Plinius etiam ſcribit, à veteribus Pontum Euxinum appellatum fuiſſe ἄξενον. i. *inhoſpitalem*: & Poëta noſter infrà l. 4. El. 4. *Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.*

ELEGIA XIV.

1 *CUltor, & 2 antiſtes doctorum ſancte virorum*
Quid facis, 3 ingenio ſemper amice meo?
Ecquid, ut 4 incolumem quondam 5 celebrare ſolebas,
Nunc quoque, ne videar totus 6 abeſſe, 7 caves?

1 Amator, obſervator, Amici, colligentis ejus ſcripta, fidem & amorem laudat Poëta: hortaturque, ut ejus nomen, quo ad poteſt, in urbe retineat. Simulque exponit, Metamorph. opus inemendatum è manibus exiſſe. Poſtremo dicit, quicquid exſilii tempore compoſitum à ſe fuit in Scythiâ excuſandum eſſe. 2 Princeps, primus, qui alios omnes antecedis, προεστὼς. *Antiſtes* propriè eſt ſacerdos, & princeps qui ante altare ſtat. 3 Semper amice ingenio meo. i. quem ſemper amavi. 4 Nondùm exſulem, ſed Romæ viventem. 5 Laudare ac venerari. 6 Romæ non eſſe. 7 Provides.

8 *Suscipis* 9 *exceptis ecquid mea carmina* 9 *solis*
Artibus, 10 *artifici quæ nocuêre suo?*
Immò 11 *ita fac, quæso,* 12 *vatum studiose novorum,*
13 *Quàque potes retine nomen in* 14 *Urbe meum.*
15 *Est fuga dicta mihi, non est fuga dicta libellis.*
Qui 16 *domini pœnam non meruêre sui.*
Sæpe per extremas profugus pater exsulat oras;
Urbe tamen 17 *natis exsulis esse licet.*
18 *Palladis exemplo, de me* 19 *sinè matre* 20 *creata*
Carmina sunt stirps hæc progenisque mea.
21 *Hanc tibi commendo: quæ,* 22 *quò magis orba parente est,*
Hoc tibi 23 *tutori* 24 *sarcina major erit.*
25 *Tres mihi sunt nati* 26 *contagia nostra secuti:*
27 *Cætera fac curæ sit tibi* 27 *turba palam.*
28 *Sunt quoque mutatæ ter quinque volumina formæ,*
29 *Carmina de domini funere rapta sui.*
Illud opus potuit, 30 *si non priùs ipse perissem,*
31 *Certius* 32 *à summâ nomen habere manu:*
Nunc incorrectum populi 33 *pervenit in ora,*
34 *In populi quidquam si tamen ore meum est.*
35 *Hoc quoque nescio quid nostris* 36 *appone libellis,*
Diverso missum quod tibi 37 *ab orbe venit.*
Quod quicunque leget, si quis leget, æstimet antè,
Compositum 38 *quo sit tempore,* 39 *quoque loco.*
40 *Æquus erit scriptis: quorum cognoveris esse*
Exsilium tempus, barbariemque locum:

8 An legis & colligis? 9 Præter ter libros de Arte amandi. 10 Mihi, qui eos composui. 11 Ita collige carmina mea omnia præter amatoria. 12 Poëtarum. 13 Et quantum. 14 Româ. 15 Mandatum est mihi, non libris meis exsilium. 16 Autoris. 17 Liberis exsulantis hominis. 18 Quæ è cerebro Jovis nata dicitur. Is enim, cùm Junonem uxorem sterilem intueretur, concusso capite Minervam dicitur cum clypeo edidisse. Ovid. 3. Fast. *Aut quia de capitis fertur sinè matre paterni Vertice cum clypeo prosiluisse suo:* undè & ἀμήτωρ Græcis dicta. Fingitur autem nata de Jovis capite, quia naturæ ratione prudentia omnis in capite est. Natam eam *sinè matre* fingunt, quòd Sapientia solius Dei munus sit, & cum voluptate corporis non consistat. Quam ob causam Musas quoque *virgines* finxit antiquitas. 19 Quæ solus produxi. 20 Facta. 21 Stirpem ac progeniem. i. hæc mea carmina, hæc mea opera. 22 Quò ego ulteriùs in exsilium missus sum. 23 Defensori. 24 Quia qui carent parentibus, indigent majori præsidio & favore. 25 Tres libri de Arte amandi. 26 Nostra mala: nam & ipsi ex urbe ejecti sunt. 27 Reliqui libri à me editi, i. reliquos meos libros palam defende. 28 Sunt quoque quindecim Metamorphoseos. 29 Subitâ enim relegatione opus illud inemendatum emissum est. 30 Si non anteà relegatus fuissem. 31 Clariorem famam aut certiorem titulum. 32 Post ultimam emendationem. 33 Editum est, legitur à populo, & de eo loquitur vulgus. 34 Si modò populus Romanus legit scripta mea, à quibus fortassè abhorret, propter libros amatorios. 35 Carmen subdititium. 36 Adscribe. 37 A diversâ orbis parte. i. à Scythiâ. 38 Tristi. 39 In Scythiâ. 40 Scriptis meis æquum se judicem præstabit, & si quid in his damnandum deprehendet, mihi ignoscet: scies enim, me ea composuisse relegationis meæ tempore, & in terrâ barbaricâ.

In-

Inque tot adversis carmen mirabitur ullum,
41 Ducere me tristi 42 sustinuisse manu.
Ingenium 43 fregêre meum mala: 44 cujus & antè
Fons infœcundus, parvaque 45 vena fuit.
Sed quæcunque fuit, nullo exercente refugit,
Et longo periit 46 arida facta situ.
Non hîc librorum, per quos 47 inviter, 48 alarque,
Copia: pro libris 49 arcus & arma sonant.
50 Nullus in hac terrâ, recitem si carmina, cujus
Intellecturis auribus utar, adest.
Nec, 51 quò secedam, locus est: 52 custodia muri
Summovet infestos clausaque porta Getas.
Sæpè aliquod quæro verbum nomenque locumque:
Nec quisquam est, 53 à quo certior esse queam.
Dicere sæpè aliquid conanti (turpe fateri)
Verba mihi desunt, 54 dedidicique loqui.
Thrëicio, Scythicoque ferè 55 circumsonor 56 ore:
Et videor 57 Geticis scribere posse modis.
Crede mihi, timeo, ne sint 58 immista Latinis,
Inque meis scriptis Pontica verba legas.
59 Qualemcunque legas, veniâ 60 dignare libellum:
Sortis & 61 excusa 62 conditione meæ.

41 Scribere. 42 Potuisse. 43 Corrupêre. 44 Quod antè exiguum fuit. 45 *Vena* nomen sumpsit ab eo, quod per eam *veniat* sanguis, corporis nutrimentum: est enim *vena* concoptaculum sanguinis. 46 Quia longo tempore usitata non est. 47 Ad studium. 48 Et sustenter. 49 Quibus utuntur Scythæ. i. hic bellum continuum est. 50 Hac autem de re conqueritur etiam l. 4. El. 1. *Sed neque cui recitem, quisquam est, mea carmina, nec qui Auribus accipiat verba Latina suis.* Solebant enim Poëtæ, ubi aliquid scripserant, quod edituri erant, sodales convocare, eorumque judicio permittere, ut, quid eorum quisque de eo sentiret, aperiret. 51 Quò me ab aliis removeam, & secessum aliquem amœnum petam extra urbem, carminibus componendis idoneum. 52 Vigiles in muris & clausæ portæ arcent hostes. 53 Qui me doceat. 54 Et quod loqui didici, oblitus sum. 55 Quia omnes loquuntur Threïcio & Getico sermone. 56 Verbis, sermone. 57 Linguam enim Geticam didici. 58 Sc. *verba Getica.* 59 Vel cultum, vel incultum. 60 Dignum judica. 61 Aliis excusa. 62 Quia exsol in assiduo luctu & malis versor.

P. OVIDII NASONIS TRISTIUM

LIBER QUARTUS.

ELEGIA I.

1 Excusandos esse dicit Poëta libellos suos, si quid fuerit in his deprehendendum: siquidem exsul hæc scribebat, non gloriæ cupiditate, sed ut requiem peteret, & dolorem exsilii carminibus consolaretur.

1 SI qua 2 meis fuerint, ut erunt, vitiosa libellis,
Excusata 3 *suo tempore, lector, habe.*
Exsul eram, requiesque mihi, non 4 *fama, petita est;*
Mens 5 *intenta suis ne foret usque malis.*
6 *Hoc est, cur cantet* 7 *victum quoque compede fossor,* 5
8 *Indocili numero* 9 *cùm grave mollit opus:*
Cantet & innitens 10 *limosæ pronus arenæ,*
Adverso 11 *tardam qui trahit amne* 11 *ratem:*
12 *Quique refert pariter lentos ad pectora remos,*
13 *In numerum pulsâ brachia versat aquâ.* 10
Fessus ubi incubuit baculo saxeque resedit
Pastor, 14 *arundineo carmine mulcet oves.*
Cantamin pariter, pariter 15 *data pensa trahentis,*
Fallitur ancillæ, 16 *decipiturque labor.*
17 *Fertur &* 18 *abductâ* 19 *Lyrnessidе tristis Achilles* 15

Enumerat postremò mala, quæ patitur in Scythiâ. 2 Sc. *in.* 3 Quia ea scripsi tempore, quo eram relegatus. 4 Nomen. 5 Assiduè sollicita, semper cogitans. 6 Hæc est causa, propter quam cantet fossor, sc. ut dolorem suum mitiget. 7 Qui in ergastulis vincti tenentur, & agros fodiunt. 8 Cantu indocto, rudi, qui non facile doceri potest, qui non constat arte, aut ratione aliquâ. 9 Cùm durum fodiendi opus leve & molle facit. 10 Nautas intelligit, qui in ripâ constituti, naves gravissimas per flumina tanta vi trahunt, ut toto corpore proni incedant: cantando autem laborem minuunt. 11 Navem gravem; aut tardam, quia ducitur contra fluminis cursum. 12 Ille etiam cantat, minuendi laboris gratiâ, qui assiduè remigat, & leviorem navem impellit. 13 Cantat, ut ex cantu sciat, quando remi in aquam mittendi sint. 14 Fistulæ cantu, quæ ex arundinibus fit à pastoribus. 15 Lanam datam ex colo deducentis, filantis: dabatur enim lana ad pondus. Sic Ep. Her. 3. *Nos humiles, famulæque tuæ* data pensa trahemus. *Pensa*, à *pendendo* dicta, sunt manipuli lanæ, qui pendent ex colo, & fuso trahuntur. 16 Non ita sentitur. 17 Dicitur. 18 Ab Agamemnone Achilli ereptâ. Quomodo autem id factum sit docet Homer. Il. 1. & Ovid. Her. 3. 19 Hippodamiâ Brisei filiâ. *Lyrnessum* oppidum fuit Trojæ, contra Lesbon, Hippodamiæ patria: unde ipsa *Lyrnessia* appellata est Al. *Briseide.*

20 Æmoniâ curas 21 attenuaſſe lyrâ.
Cùm 22 traheret ſylvas Orpheus & dura canendo
Saxa, 23 bis amiſſâ conjuge 24 mœſtus erat.
Me quoque 25 Muſa levat 26 Ponti loca juſſa petentem;
27 Sola comes noſtræ perſtitit illa fugæ:
Sola nec 28 inſidias inter, nec Thracia tela,
Nec mare, nec ventos, barbariamque 29 timet.
Scit quoque, cùm perii, 30 quis me deceperit error:
Et 31 culpam in facto, non ſcelus, eſſe meo:
Scilicet 32 hoc ipſo nunc æqua, quòd obfuit antè,
Cùm mecum juncti criminis 33 acta rea eſt.
34 Non equidem vellem (quoniam nocitura fuerunt)
35 Pieridum ſacris impoſuiſſe manum.
Sed nunc quid faciam? vis me tenet ipſa ſacrorum:
Et carmen demens carmine læſus amo.
Sic nova 37 Dulichio 38 lotos guſtata 39 palato,
40 Illo, quo nocuit, grata ſapore fuit.
Sentit 41 amans ſuæ damna fere; tamen hæret in illis:
42 Materiam culpæ perſequiturque ſuæ.
Nos quoque delectant, quamvis nocuêre; 43 libelli,
Quodque mihi telum vulnera fecit, amo.

20 Lyra Achillis Æmonii. i. Theſſali. *Æmon* enim Rex fuit Theſſaliæ, à quo Theſſalia *Æmonia* appellata fuit. Canebat autem ad citharam virorum fortium laudes 21 Diminuiſſe, abegiſſe. 22 Alliceret ad ſe arbores cantu, & ſaxa. Ovid. 3. De Art. *Saxa ferasque lyra movit Rhodopeius Orpheus, Tartareoſque lacus, tergeminumque canem.* Hoc ideò fingitur, quia fuit eloquentiſſimus, hominumque pertinaciam eloquentiâ ſuâ fregit. Fuit autem Orpheus ex Thraciâ, Calliopes & Apollinis filius: is uxorem habuit Eurydicen: quæ dùm Ariſtæum fugeret per loca herbis floribuſque ornata, latentem ſerpentem calcavit: cujus venenato morſu extincta, ad inferos deſcendit. Vide Virg. 4. Georg. & Ovid. Met. 10. Fab. 9. 23 Bis perditâ uxore Eurydice: primò, cum ea Ariſtæum fugiens, morſu ſerpentis periit: deinde, cum ea illi, ab inferis redeunti, erepta eſt. Legem enim dederat Orpheo Proſerpina, ne eam reſpiceret, donec ad ſuperos perveniſſet: ſed Orpheus veritus, ne ſe uxor ſequeretur, cùm jam ferè ad ſuperos perveniſſet, eam reſpexit: quæ idcircò ad inferos retracta eſt. 24 Triſtis erat: ſed tamen cantu dolorem levabat. 25 Carmen, quod facio levandi doloris gratiâ. Sic infrâ El. ult. *Gratia, Muſa, tibi: nam tu ſolatia præbes: Tu cura requies: tu medicina venis.* 26 Tomon mihi impoſitum. 27 Sola non mè deſeruit. 28 Inter omnia pericula. 29 Timida eſt: aut *timet* ſc. *aliquid.* 30 Quare in exſilium miſſus ſim. 31 Errorem. 32 Hac ipſa re. i. carmine, vel levando curas meas. Q. d. Muſa ideò mihi eſt æqua, quoniam mecum accuſata fuit, & mihi priùs nocuit. 33 Intelligit autem carmina amatoria, quæ cum ipſo Poëta damnata ſunt. 34 Pertinet hæc negatio *Non* ad verbum, *Impoſuiſſe* non ad *Vellem*: ut ſit Propoſitio affirmans, ut Logici loquuntur. 35 Muſarum Poëſin attigiſſe. 36 Gratia Poëſis me delectat, nequeo hæc ſtudia deponere. 37 Ulyſſi, à Dulichio inſulâ dicto. 38 Arbor, quæ Ulyſſis ſocios dulcedine ſuâ ita trahebat, ut reditum in patriam obliviſcerentur. Hom. Odyſſ. 9. 39 Guſtus inſtrumento. 40 Q. d. Quamvis lotos Ulyſſis ſociis noceret, quòd patriæ oblivionem induceret, tamen ſapor ejus fructus adeò erat dulcis, ut, quamvis obeſſet, nihil tamen curarent. 41 Amator. 42 Amorem, cujus amans ipſe eſt culpa & cauſa. 43 Carmina.

Forsitan hoc studium possit 44 *furor esse videri:*
Sed quiddam furor hic 45 *utilitatis habet.*
Semper 46 *in obtutu mentem vetat esse malorum:*
Præsentis 47 *casus immemoremque facit.*
Utque suum 48 *Bacchis non sentit* 49 *saucia* 50 *vulnus,*
51 *Dùm stupet* 52 *Idæis exululata jugis:*
Sic, ubi 53 *mota calent sacro mea pectora* 54 *thyrso,*
Altior humano 55 *spiritus ille malo est.*
Ille nec exsilium, 56 *Scythici nec littora Ponti,*
Ille nec iratos sentit 57 *habere* 58 *Deos.*
Utque 59 *soporiferæ biberem si pocula* 59 *Lethes,*
60 *Temporis adversi sic mihi sensas abest.*
Jure 61 *Deas igitur* 62 *veneror mala nostra levantes,*
63 *Sollicitas comites ex Helicone fugæ:*
Et partim pelago, partim 64 *vestigia terrâ,*
Vel rate dignatas, vel pede 64 *nostra sequi.*
Sint, precor, hæ saltem 65 *faciles mihi:* 66 *Namque Deorum*
Cæsare cùm magno cætera turba facit.
Meque 67 *tot adversis cumulat,* 68 *quot littus arenas,*
Quotque fretum pisces, ovaque piscis habet.
Vere priùs flores, æstu numerabis aristas,
Poma per autumnum, frigoribusque nives:
69 *Quàm mala, quæ patior* 70 *toto jactatus in orbe,*
71 *Dùm miser Euxini littora sæva peto.*

44 Insania, ut quis id amet, quod illum male excepit. 45 Commodi. i. in hoc Poëtico furore est quædam utilitas, quam subjungit. 46 In aspectu & contemplatione malorum, in quibus versor. 47 Exsilii. 48 Phœbas vates Apollinis, quæ Baccho orgia celebrat, furore correpta, qualis mater Penthei, & similes describuntur Met. 3. *Bacchides* enim sive *Bacchæ* fuerunt Bacchi sacrificulæ, quæ & Mænades appellabantur: hæ noctu Baccho sacrificabant, alternis annis in Parnasso, Bœotiæ monte. Dictæ sunt *Bacchæ* ab insanis clamoribus: currebant enim cum tædis & funalibus accensis per noctem, quibus utebantur in illis sacrificiis, atque crinibus passis ita clamabant currentes: *Evoë*, quæ vox erat bona ac felicia precantium. 49 Deo plena. 50 Suum furorem. 51 Dùm attonita, in furore est. 52 Ad ululatum impulsa à Baccho; *vel*, ululatum edens, quo Bacchi sacerdotes utuntur in Idâ Phrygiæ monte & Cretæ, cùm sacra Cybeles celebrant. 53 Agitata. 54 Hastâ pampinis circum vestitâ, quam Bacchi sacerdotes in sacris ejus gestabant: quæ per similitudinem pro Poëtico spiritu hic sumitur. 55 Ille furor Apollineus, quem corde teneo. 56 Ponti Euxini. 57 Al. *adesse*. 58 Iratum Augustum. 59 Lethæi fluminis apud inferos, soporem & oblivionem potantibus causantis. Virg. Æn. 6. v. 714. 60 Cogitatio & intelligentia temporis mei in felicis. 61 Musas. Sic De Pont. l. 1. El. 6. *Et repeto, nollem quas coluisse, Deas.* Et Virg. Æn. 10. *Pandite nunc Helicona* Deæ, *cantusque movete.* 62 Colo. 63 Musas, quæ usque ex Helicone, Bœotiæ monte, in quo degunt, de meo exsilio sollicitæ sunt. Appositio. 64 Vias nostras. 65 Propitiæ, addictæ. 66 Reliqui enim Dii, præter Musas, irati mihi sunt, ut Cæsar est. 67 Innumerabilibus. 68 Hyperbolica numeri infiniti notatio. 69 Sc. *numerabis*. 70 In varias orbis partes. 71 Priusquam Tomum pervenerim.

Nec

Nec tamen, 72 *ut veni*, 73 *levior fortuna malorum est:*
Hîc quoque sunt nostræ 74 *fata secuta vias.*
75 *Hîc quoque cognovi natalis* 76 *stamina nostri,*
Stamina de 77 *nigro vellere facta mihi.*
Utque nec 78 *insidias capitisque pericula narrem:*
Vera quidem vidi, 79 *sed graviora fide.*
Vivere quàm miserum est inter Bessosque Getasque
Illi, 80 *qui populi semper in ore fuit!*
Quàm miserum est 81 *portâ vitam muroque* 82 *tueri.*
Vixque sui tutum 83 *viribus esse loci!*
Aspera militiæ 84 *juvenis* 85 *certamina fugi,*
86 *Nec nisi lusurâ movimus arma manu.*
87 *Nunc senior gladioque latus scutoque sinistram,*
Canitiem galeâ subjicioque meam.
Nim dedit 88 *è speculâ custos ubi signa* 89 *tumultus,*
Induimur 90 *trepidâ protinùs arma manu.*
Hostis habens arcus imbutaque tela veneno,
Sævus 91 *anhelanti mœnia* 92 *lustrat equo.*
Utque rapax 93 *pecudem*, 94 *quæ se non texit ovili,*
Per fata, per silvas, fertque refertque lupus:
Sic, si quem nondùm portarum sede receptum
Barbarus in campis repperit hostis, 95 *habet:*
Aut sequitur captum, injectaque vincula collo
Accipit 96 *aut telo, virus habente, perit.*
Hîc ego 97 *sollicitæ jaceo novus incola* 97 *sedis:*
Heu nimium 98 *fati tempora longa mei!*
Et tamen 99 *ad numeros, antiquaque sacra revertî*
1 *Sustinet in tantis hospita Musa malis.*
Sed neque cui recitem, quisquam est, mea carmina: nec qui

72 Postquam in Scythiam perveni.
73 Minora mala fero.
74 Eadem infortunia, quæ mihi Romæ nocuêre.
75 In Scythiâ.
76 Fila, quæ Parcæ mihi nènt. i. cursum vitæ meæ.
77 Plena infelicitatis. *Niger* enim color infelix erat, sicut *candidus* felix.
78 Mihi structas.
79 Sed magis gravia & aspera, quàm credi possit.
80 Qui semper celeberrimus fuit.
81 Tomitanæ urbis. 82 Defendere ab hostibus. 83 Munitione. 84 Juvenis enim Ovidius in Asiâ militavit. 85 Bella odio habui. 86 Nisi ludendi aut exercendi tantùm gratiâ, gladios, & id armorum genus tractavi. 87 Ordo est. *Nunc senior subjicio*, i. tego, *latus gladio, & sinistram cute, & canitiem meam.* i. canos meos capillos, *galea.* 88 Ex alto loco, ubi ad speculandum positus erat. 89 Timoris: quod Getæ armati contra nos adventare nunciabantur. 90 Trementi propter senectutem & metum. 91 Defessо præ nimio cursu. 92 Circumequitat ac si lustraret. 93 Ovem. Propriè enim *pecus pecoris*, sive *pecus pecudis* (utroque enim modo dicitur) significat omne animal, quod sub hominis imperio è pabulo terræ pascitur: ut boves, asini, equi, oves, capræ, & hujusmodi. Interdùm sumitur pro quibusvis animalibus, quæ humanâ carent effigie & linguâ. Sic *fuci* à Virgilio appellantur *pecus*. 94 Quæ extra ovile deprehensa fuit. 95 Capit. 96 Aut venenatâ sagittâ occiditur, cadit. 97 Periculosi loci, propter hostes assiduos. 98 Meæ mortis. 99 Adversus. 1 Potest, audet.

prata

2 Intelligat. 3 Quod lego ac compono, proprio meo judicio, & non alieno, examinandum permitto. Careo enim amicis, quorum, cùm Romæ essem, in carminibus meis corrigendis judicio uti solitus sum.

2 *Auribus accipiat verba Latina suis.* 90
3 *Ipse mihi (quid enim faciam?) scriboque legoque,*
4 *Tutaque judicio littera nostra suo est.*
Sæpè tamen dixi, 5 *Cui nunc hæc cura laborat?*
An mea 6 *Sauromatæ scripta Getæque legent?*
Sæpè etiam lachrymæ sunt, me scribente, profusæ 95
Humidaque est fletu 7 *littera facta meo.*
8 *Corque vetusta meum* 9 *tanquam nova vulnera sentit,*
Inque sinum 10 *mœstæ labitur imber* 10 *aquæ:*
Dùm 11 *vice mutatâ qui sim, fuerimque recordor,*
Et tulerit 12 *quò me casus, &* 13 *undè,* 14 *subit.* 100
Sæpè manus demens 15 *studiis irata, sibique,*
Misit in arsuros carmina nostra 16 *focos:*
Atque ita de multis, quoniam non multa supersunt,
17 *Cum veniâ facito, quisquis es, ista legas.*
18 *Tu quoque* 19 *non melius, quàm sunt mea tempora, carmen* 105
Interdicta mihi 20 *consule, Roma,* 20 *boni.*

4 Ut mihi non iterùm damnum inferat. 5 Cujus bono ac utilitati hosce meos versus compono? 6 Qui mea carmina non intelligunt. 7 Chara. 8 Animus meus. 9 Tanquam novam pœnam. i. quasi jam demùm mihi esset imposita. Q. d. Animus meus labitur, quasi non jam pridem, sed in præsentiâ exsularem. 10 Lachrymarum ex mœstitiâ instar imbris manantium. 11 Vicissim. 12 In Scythiam. 13 Ex quo loco i. Româ. 14 In mentem venit. 15 Poëti. 16 Ignes. 17 Mihi ignoscendo, si quid erratum fuerit. 18 Ordo est: *Tu quoque, ô Roma, interdicta mihi consule boni carmen non melius, quàm sunt mea tempora.* 18 Non magis bonum. 20 In bonam accipe partem. Sic de Pont. l. 3. El. 8. *Tu tamen hæc, quæso,* consule *missa* boni. Sen. Ben. l. 1. *Hoc munus, rogo, qualecunque est,* boni consulas.

ELEGIA II.

1 Tiberium Germanicam expeditionem sumpsisse, in Scythiam ad Poëtam fama pertulerat. Dicit ergo, victoriam fortasse ab eo partam fuisse: cùm hæc scriberet. Ejus autem triumpho dicit se mente interesse, quandoquidem corpore non potest. Quòd si quis ei triumphi formam narraverit, quamvis serò, tamen ostendit se auditurum tantâ lætitiâ, ut proprium incommodum sit posthabiturus publicæ lætitiæ. 2 De Tiberii expeditione intelligendum non Drusi. Nam hic aliquot annis antè in Germaniâ perierat, quàm Poëta relegatus fuit. 3 Victa à Tiberio, qui Augusti auspiciis expeditionem sumpserat: vel, *succubuisse Cæsaribus,* i. domita ac subacta esse à Tiberio. 4 Sc. *est victus.*

1 JAm 2 *fera* 3 *Cæsaribus Germania,* 4 *totus ut orbis,*
Victa potest flexo succubuisse genu:

5 *Ali-*

5 *Altaque velantur fortaſſe palatia ſertis,*
6 *Thuraque in igne ſonant,* 7 *inficiumque diem :*
8 *Candidaque,* 9 *addictâ collum percuſſa ſecuri,*
8 *Victima purpureo ſanguine* 10 *tingit humum :*
11 *Donaque amicorum templis promiſſa Deorum*
Reddere victores 12 *Cæſar uterque parant :*
Et qui Cæſareo 13 *juvenes* 14 *ſub nomine creſcunt,*
Perpetuo terras ut regat 15 *iſta domus :*
Cumque bonis 16 *nuribus* 17 *pro ſoſpite* 18 *Livia nato*
Munera dat 19 *meritis,* 20 *ſæpe datura, Deis :*
Et pariter 21 *matres, &* 22 *quæ ſinè crimine caſtos*
Perpetuâ ſervant virginitate focos.
Plebs 23 *pia, cumque piâ lætatur plebe* 24 *Senatus,*
25 *Parvaque cujus eram pars ego nuper, Eques.*
26 *Nos procul expulſos communia gaudia fallunt,*
27 *Famaque tam longè non niſi parva venit.*
Ergo omnis populus poterit ſpectare triumphos,
Cumque 28 *ducum titulis* 29 *oppida capta leget:*
Vinclaque captivâ Reges cervice gerentes
Ante 30 *coronatos ire videbit* 30 *equos :*
Et cernet vultus aliis 31 *pro tempore* 32 *verſos,*
33 *Terribiles alios, immemoreſque ſui.*
34 *Quorum* 35 *pars* 36 *cauſas, &* 37 *res, & nomina*
quæret :

5 Et celſæ Auguſti ædes, quæ erant in Palatino colle, ubi ille habitabat, forſitan veſtiuntur & ornantur in ſignum lætitiæ, propter victoriam de Germanis, corollis. 6 Thura forſaſſe etiam cremantur in templis Deorum immortalium. i. ſacrificia fiunt. 7 Et diem fumo obſcurum reddunt, & offuſcant. 8 Quæ partâ victoriâ, ſacrificari ſolebat. 9 Ad ſe tractâ, elevatâ ſecuri, ut in ictu fieri ſolet. 10 Conſpergit. 11 Votiva, quæ Imperatores templis Deorum ſibi amicorum & faventium promiſerant. 12 Auguſtus & Tiberius. 13 Germanicus Druſi, & Druſus Tiberii ex Agrippinâ filius: quorum alter germanus Tiberii filius, alter adoptivus dicebatur. 14 Cæſares enim & ipſi appellantur. 15 Illa Cæſarum familia. 16 Uxoribus Germanici & Druſi junioris, quorum alteri Agrippina, Juliæ & Agrippæ filia; alteri Germanici ſoror Livia nupta erat. Dicuntur autem *nurus* non tantum à parentibus maritorum, ſed & ab avis. 17 Pro filio Tiberio incolumi. 18 Auguſti uxor. 19 Sic infrà: *Et dabitur* merito *laurea vota Jovi.* 20 Quia Dii poſteà ſæpius plures victorias dabunt. 21 Nuptæ, op filios ſoſpites. 22 Virgines Veſtales. 23 Quia amat, principes. 24 Romanus. i. Senatores Romani. 25 Et Equites lætantur, quorum ego nuper eram parva pars. i. quorum nuper unus fui, licet minimus. Fuit enim Ovidius eques & equeſtri natus familiâ. 26 Communis lætitia me fugit, à me ignoratur longè ejecto è patriâ. 27 Et pauca de iis rebus audio. 28 Captorum, qui tunc circum ducebantur. Propert. *Et titulis oppida capta legam.* 29 Quorum imagines quoque ferebant. 30 Currus triumphales. Triumphantis currum trahebant equi candidi quatuor: qui & ipſi lauro coronabantur. 31 Habitâ temporis ratione, quod poſcit, ut victi ferociam ponant. 32 Mutatos. Nam qui primò fuerant feroces, tunc erant humiles & abjecti. 33 Cernet populus alios captivos truci vultu, tanquam ſi eſſent victores: quod his ſolet evenire, qui ſunt immemores. i. qui non meminerint ſe eſſe captivos. 34 Hic genitivus ad accuſativum *cauſas*, & ſequentes, pertinet. 35 Nominativus hic, ut & ſequenti verſu ad populum ſpectatorem refertur. 36 Cur ſint terribiles, vel quare ducantur in triumphum. 37 Ab eis geſtas.

Pars 38 *referet, quamvis noverit illa parùm :*
Hic, qui 41 *Sidonio fulget sublimis in* 42 *ostro,*
Dux fuerat belli : 43 *proximus ille duci.*
Hic, 44 *qui nunc in humo lumen miserabile figit,*
Non ijsto vultu, 45 *cùm tulit arma, fuit.*
Ille ferox, & adhùc oculis hostilibus 44 *ardens,*
Hortator pugnæ, 45 *consiliumque fuit.*
Perfidus hic nostros 47 *illusit fraude locorum,*
Squallida 48 *demissis qui tegit ora comis :*
Illo, qui sequitur, dicunt mactata 49 *ministro,*
Sæpè 50 *recusanti* 51 *corpora capta Deo.*
Hic lacus, 53 *hi montes, hæc tot castella, tot amnes*
Plena feræ cædis, plena cruoris erant.
Drusus in his meruit quondam 54 *cognomina terris,*
Quæ bona progenies digna 55 *parente fuit.*
Cornibus hic fractis viridis 57 *malè tectus ab ulvâ,*
Decolor ipse 59 *suo sanguine Rhenus erat.*
Crinibus en etiam 60 *fertur Germania* 61 *passis,*
Et ducis 62 *invicti sub pede mœsta sedet :*
Collaque Romanæ præbens 63 *animosa* 64 *securi,*
Vincula fert illâ, quâ tulit arma, manu.
Hos super in curru, Cæsar, victore volebis
Purpureus populi 67 *ritè per ora tui :*
Quàque ibis, 68 *manibus circumplaudêre tuorum ;*

38 Narrabit.. 39 Ab hoc versu ad hunc usque, *Hos super in curru*, &c. sunt verba populi loquentis, narrantis, & digito commonstrantis : hic fuerat hostium summus Imperator. 40 Purpureâ veste, qui color apud Tyrios, Sidoniosque. præstantissimus tingitur. 41 Secundus á duce.

42 Qui nunc terram miserandum in modum intuetur. 43 In prælio. 44 Micans. 45 Duci hostium à consiliis fuit. i. hostibus bellum suasit. 46 Decepit. 47 Germanum transfugam denotat, qui in hostium insidias præcipitavit Romanos, aut in loca duxit iniqua, & aliò, quam ipsis promiserat. 48 Longis ac promissis crinibus : nam Germani comati erant. 49 Sacrorum. 50 Renuenti tot corpora mactari. 51 Servos, bello captos, sacrificatos. 52 Hi octo sequentes de picturis locorum intelligendi sunt. Fuit enim consuetudo, ut in triumpho hæc omnia, quæ ibi referuntur, ferrent depicta. 53 Quorum imagines circumferebantur. 54 Ut, devictâ Germaniâ, Germanicus vocaretur. 55 Vel patre Tiberio Claudio Nerone, vel matre Liviâ. 56 Viribus. *Cornua* autem ideò à Poëtis fluminibus tribuuntur, sive quòd plerumque in cornuum similitudinem curvatas cernimus ripas, sive quòd mugitum boum imitatur murmur undarum. Vire. *Rhenusque bicornis.* 57 Præ timore latens sub herbâ palustri, eo quòd jam victus, & ab hoste captus esset. Formidinem accolarum exprimit. 58 Habet colorem vitiatum. Dicitur enim *decolor* quasi *desit* ei *color*. 59 Accolarum. Fingit enim Rhenum Deum fluvialem. 60 Imago Germaniæ circumfertur. 61 Sparsis, quod in dolore fieri solet. 62 Triumphantis. 63 Fortia. Sunt enim Germani fortes & animosi. 64 Ferienda securi. 65 O Cæsar, tu triumphali curru vehêris, cùm hos victos. 66 Purpurea veste indutus, quam triumphantes gestabant. 67 Solenniter. 68 A Romanis manuum plausu. i. collisione honoraberis, aut declararis dignus gloriâ : vel plausus circum te fiet.

Undi-

Undique 69 *jactato flore tegente vias.*
70 *Tempora Phœbeâ lauro cingentur:* 71 *Joque*
Miles, Jo, magnâ voce, triumphe 72 *canet.*
Ipse 73 *sono, plausuque simul, fremituque* 74 *calentes*
75 *Quadrijuges cernes* 76 *sæpe resistere equos.*
Indè petes 77 *arcem, &* 78 *delubra faventia votis,*
Et dabitur meritò laurea 79 *vota Jovi.*
Hæc ego summotus, quâ possum 80 *mente, videbo:*
81 *Erepti nobis jus habet illa loci.*
Illa per immensas spatiatur libera terras:
82 *In cœlum celeri pervenit illa viâ.*
83 *Illa meos oculos mediam deducit in urbem,*
84 *Immunes tanti nec sinit esse boni.*
Invenietque animus, quà currus spectet 85 *eburnos:*
86 *Sic certè in* 87 *patriâ per breve tempus ero.*
88 *Vera tamen capiet populus spectacula felix,*
Lætaque erit præsens cum duce 89 *turba suo.*
At mihi, 90 *fingenti tantùm longèque remoto,*
91 *Auribus hic fructus percipiendus erit.*
Atque procul 92 *Latio* 93 *diversum missus in orbem,*
Qui narret 94 *cupido vix* 95 *erit ista mihi.*

69 Sparsi, floribus. Mos enim erat, ut in eâ viâ per quam triumphantes irent, flores spargerentur. Sic Amor. l. 1. El. 2. de se à Cupidine jam victo: *Læta triumphanti de summo mater Olympo Plaudet, & appositas* sparget in *ora* rosas. 70 Imperatores, duces-ve, qui devictis hostibus triumpharent, caput lauro, Apolini sacrâ, ornabant: militesque, qui currum sequebantur. *Io triumphe* canebant. Tib. l. 2. El. 6. *Ipse gerens laurus, lauro devinctus agresti, Miles Io magnâ voce triumphe canet.* Horat. *Io triumphe, tu moraris aureos Currus & intactas hoves. Io triumphe, nec Iugurthino parem Bello reportasti ducem.* 71 *Io* vox est clamantis quâ triumphantem Imperatorem exercitus sequens utebatur. 72 Clamabit. 73 Tubarum, & cæterorum instrumentorum Musicorum. Nam citharædorum ac tibicinum turba Imperatorem præcedebat. 74 Animosos. 75 Quatuor equos candidos, Imperatoris triumphantis currum deauratum junctis lateribus trahentes. 76 Sæpè adversari vel aurigæ præ nimio strepitu, vel multitudini obstanti. 77 Capitolium. 78 Templum Jovis Capitolini faventis votis tuis. 79 Promissa. 80 Animo & imaginatione perpendam. 81 Illa mens habet potestatem loci interdicti nobis. i. animus meus intrare jure potest Romam, singula perpendendo. 82 Cœlum etiam ipsum mens ascendit, cùm volumus illud cogitatione complecti. 83 Mens mea oculis meis omnia repræsentat, quasi essent in mediâ urbe. 84 Sinè munere & officio, aut vacuos & otiosos, cùm tantum bonum agatur. 85 Triumphales. 86 Hoc pacto, ipsa sc. mente, non corpore. 87 Româ. 88 Non imaginaria, ut ego. 89 Multitudo. 90 Tantum modò putanti me ea videre. 91 Hæc utilitas tanti triumphi erit audienda, quandoquidem non licet interesse. 92 Eâ parte Italiæ, ubi sunt Tiberina ostia, & Roma terrarum caput. Dictum est autem Latium à *latendo*, quòd illic latuerit Saturnus, cùm Jovem fugeret. Ovid. 1. Fast. *Dicta quoque est Latium terra*, latente *Deo*. Et Virg. 8. Æn. de Saturno loquens, dicit: *Latiumque vocari Maluit, his quoniam* latuisset *tutus in oris.* 93 In Scythiam procul positam ab Italiâ, quasi ea sit alter orbis. 94 Avido audiendi. 95 Reperietur. Q. d. Credebam hæc me posse audire, ut vix possibile esse arbitror ob locorum distantiam & intervallum.

Is quoque jam 96 *ſerum referet* 97 *veteremque triumphum:*
Quo tamen audiero tempore, lætus ero.
Illa dies veniet, 1 *mea quâ lugubria ponam:*
Cauſaque privatâ publica major erit.

96 Poſtquam dudum factum eſt. 97 Præteritum dudum. 98 Etſi ſerò, lætabor tamen. 99 Quâ hæc audiam. 1 Quâ triſtitiam meam deponam. 2 Publica lætitia hujus triumphi, quæ me quoque exhilarabit, plus valebit, quàm propria triſtitia.

ELEGIA III.

Magna minorque 2 *feræ, quarum* 3 *regis* 4 *altera Grajas,*
Altera 6 *Sidonias,* 7 *utraque ſicca, rates:*
Omnia cum ſummo poſitæ videatis 8 *in axe,*
Et maris occiduas 9 *non ſubeatis aquas,*
Æthereamque ſuis cingens amplexibus arcem, 5
Veſter ab intactâ circulus extet humo;
Aſpicite 11 *illa, precor, quæ* 12 *non benè* 11 *mœnia quondam*
Dicitur 13 *Iliades tranſiliiſſe Remus.*
Inque meam 14 *nitidos* 15 *dominam convertite vultus,*
Sitque memor noſtri, nec ne, 16 *referte mihi.* 10
Hei mihi, cur nimium 17 *quæ ſunt manifeſta requiro?*
Cur 18 *labat ambiguo ſpes mea miſta metu?*
Crede quod eſt, 19 *& vis, ac deſine* 20 *tuta vereri,*

1 Utramque urſam precatur Poëta, ut Romanam urbem ac ejus uxorem aſpiciant: ſibique referant, ſit ne ea mariti memor an non. Poſtea ſe ipſum arguit, quòd dubitet de uxoris fide, à quâ ſe amari intelligit. Tùm eam laudat, doletque quòd ejus causâ in aſſiduo luctu verſetur. Denique hortatur, ut infide permaneat. 2 Urſæ. De majore vide Met. 2. Fab. 4. 5. Minorem autem unam è Jovis nutricibus fuiſſe ferunt. 3 Quam ſequuntur. 4 Helice urſa major. 5 Cynoſura urſa minor. 6 Phœnicum, à *Sidone* urbe. Sequebantur autem Græci in navigando Urſam majorem, quia facillimè internoſci poterat ab aliis ſtellis: Phœnices minorem, quia polo erat proxima. 7 Quarum neutra unquam occidit, nec in Oceanum ſub horizontem deſcendit. 8 In ſummo cœlo; vel potiùs apud polum ſemper ſummum. i. ſupra horizontem nobis. 9 Non occidatis. 10 Ordo eſt: *Et veſter circulus, cingens.* i. amplectens, *amplexibus ſuis*, quia Urſæ videntur polum Arcticum amplecti, *ætheream arcem.* i. polum Arctˉ cum, *exſtet ab humo intactâ.* i. emineat, appareat, ſit ſupra terram, quam non ambit brevis circulus, ut reliqui. 11 Romam. 12 Infeliciter: quia ideò interfectus eſt. Ovid. Faſt. 3. *Mœnia conduntur: quo, quamvis parva fuerunt, Non tamen expediit tranſiliiſſe Remo.* Vide Flor. l. 1. c. 1. Liv. 1. Plut. in Rom. Ovid. Faſt. 4. 13 Remus Iliæ filius. 14 Lucidos, claros. 15 Uxorem. 16 Nunciate. 17 Quæ ſatis clarè ſcio. 18 Dubitat. 19 Apoſtrophe ad ſe ipſum. Q. d. Id quòd eſt, & tu quoque ita eſſe vis de uxore, credas eſſe, eam ſc. tui memorem. 20 An illa tui ſit memor.

Deque

Deque 21 *fide certâ sit tibi certa* 22 *fides.*
23 *Quodque polo fixæ nequeunt tibi dicere flammæ,*
Non mentiturâ tu tibi voce refer:
24 *Esse tui memorem, de quâ tibi maxima cura est:*
Quodque potest, 25 *secum nomen habere tuum:*
26 *Vultibus illa tuis* 27 *tanquam præsentibus hæret,*
Teque remota procul, si modò vivit, amat.
28 *Ecquid,* 29 *ubi incubuit* 30 *justo* 31 *mens ægra dolori,*
32 *Lenis* 33 *ab admonito pectore somnus abit?*
Tunc 34 *subeunt* 35 *curæ, dùm te lectusque, locusque*
36 *Tangit, & oblitam non sinit esse mei?*
Et veniunt 37 *æstus, & nox* 38 *immensa videtur?*
39 *Fessaque jactati corporis ossa dolent?*
Non equidem dubito, quin hæc & cætera fiant,
Detque tuum 40 *mœsti signa doloris amor:*
Nec 41 *crucière minùs, quam cùm* 42 *Thebana cruentum*
Hectora 43 *Thessalico vidit* 43 *ab axe* 44 *rapi.*
Quid tamen ipse 45 *precer dubito, nec dicere possum,*
46 *Affectum quem te mentis habere velim.*
Tristis es? 47 *indignor, quòd sim tibi causa doloris:*
48 *Non es?* 49 *ut amisso conjuge digna fores.*
Tu verò tua 50 *damna dole, mitissima conjux,*
51 *Tempus* 52 *& à nostris exige triste malis:*
53 *Fleque meos casus: est quædam flere voluptas:*
54 *Expletur lachrymis* 55 *egeriturque dolor.*

21 Constantiâ, fidelitate illius in præstando officio. 22 Credulitas. 23 Et quod sidera in Septentrione collocata, i. utraque Ursa, non possunt tibi de fide illius nunciare, tu ipse respondes tibi responsione verissimâ quæ sequitur. 24 Uxorem. 25 Memoriam & nomen tuum retinere, quoniam te habere nequit.

26 Imagini tuæ. 27 Ac si tu ipse id esses. 28 Ordo est: *Ecquid lenis somnus abit ab admonito pectore, ubi mens ægra incubuit justo dolori?* Incipit Poëta alloqui uxorem, personâ mutatâ. 29 Postquam inhæsit, se dedit. 30 Quo justâ causâ afficeris. Justum enim dolendi causam habet uxor, si quid marito adversi accidit. 31 Mens tua, ô uxor, fatigata nimio mei dolore. 32 Non profundus præ nimio dolore. 33 A mente, quâ admonetur, quid mihi acciderit. 34 Tibi. 35 Sollicitudines de me tuæ. 36 Sic movet & afficit, ac si tangeret. Vel, dùm tu lectum & locum tangis, in quo quiescere mecum solebas. Hypallage. 37 Vehementiores mei amores, vel sollicitudines. Virg. *Vario nequicquam fluctuat æstu.* 38 Desiderio mei tanta, ut mensurari non possit. 39 Lassa nimiâ volutatione & jactatione, cùm dormire non potest. 40 Al. *casti.* 41 Dolore afficiare. 42 Andromache, filia Eetionis, Thebarum in Siciliâ regis, uxor Hectoris. 43 A curru Achillis Thessali. 44 Trahi circum muros Trojanos. 45 De amore tuo. 46 An amorem, an tristitiam. 47 Ægrè fero. 48 Tristis. 49 Oratio deficiens verbis. Q. d. Velim te esse tristem, ut decet amisso marito. 50 Detrimenta, quæ pateris meâ causâ, quæ me pulso incurristi, cùm dimidium tui perdidisti. 51 Ipsa tristis, quod reliquum est temporis, vive. 52 Post exilium meum. 53 Et desse, deplora infortunium meum. 54 Doloris solatium sunt lachrymæ. 55 Evacuatur, minuitur.

56 Atque utinam à te non lugenda esset hæc vita mea infelix propter exilium, sed mors. Q. d. Mallem anteà mortuus esse, quàm vivere tam miserè in hoc exilio.
57 Sc. *lugenda*.
58 Atque utinam fores relicta sola meâ morte. i. utinam mortuus fuissem te superstite.
59 Sine me: cujus causâ assiduè doles.
60 Hæc mea vita. Incipit

56 *Atque utinam non vita tibi lugenda,* 57 *sed esset,*
Mors mea; 58 *morte fores* 59 *sola relicta mea!*
60 *Spiritus hic* 61 *per te patrias exisset in auras!*
Sparsissent 62 *lachrymæ pectora nostra* 62 *piæ!*
63 *Supremoque die* 64 *notum spectantia cœlum*
65 *Texissent digiti* 66 *lumina nostra tui!*
57 *Et cinis* 68 *in tumulo positus jacuisset* 68 *avito!*
69 *Tactaque nascenti* 70 *corpus haberet humus!*
Denique, dum vixi sine crimine mortuus essem!
Nunc mea 71 *supplicio vita* 72 *pudenda suo est.*
Me miserum, si tu, cùm diceris exulis uxor,
73 *Avertis vultus, & subit ora rubor!*
Me miserum, si turpe putas 74 *mihi nupta videri!*
Me miserum, si te jam pudet esse 75 *meam!*
Tempus ubi est illud, quo 76 *te jactare solebas*
76 *Conjuge;* 77 *nec nomen* 77 *dissimulare vire?*
Tempus ubi est, quo te (nisi non vis 78 *illa referri,)*
Et dici (memini) 79 *juvit & esse meam?*
80 *Utque probâ dignum est,* 81 *omni tibi dote placebam:*
82 *Addebat veris multa faventis amor.*
Nec, 83 *quem præferres (*84 *ita res tibi magna videbar)*
85 *Quem-ve tuum malles esse, vir alter erat.*
Nunc quoque ne pudeat, quòd sis mihi nupta, tuusque
86 *Non dolor* 87 *hinc debet, debet abesse pudor.*

autem commoda, enumerate quæ consecutus fuisset, si conjuge superstite extremum diem obiisset, antequam relegatus fuit. 61 Per tuas manus. 62 Lachrymæ de me tuæ, pietatem præ se ferentes. 63 Ultimo. 64 In quo natus ac educatus sum. 65 Clausissent. Solelebant enim propinquiores mortuorum oculos claudere. 66 Oculos nostros. 67 Et busta mea. Comburebantur enim apud Romanos cadavera, quorum cinis in urnâ servabatur. 68 In sepulchro majorum meorum. 69 Tacta à me primùm nato. Tempus pro tempore. Solebant infantes, simul ac editi essent, humi deponere & Opem Deam invocare, quæ nascentibus opem ferret. Quos autem alere decreverant, eos humò tollebant, cui rei Deam Levanam præficiebant, quæ sc. pueris de terrâ levandis præesset. 70 Meum cadaver. 71 Exilio. 72 Ignominosa. 73 Præpudore. 74 Exuli. 75 Uxorem. 76 Te meam esse uxorem. 77 Et prædicare. 78 Quæ sequuntur. 79 Delectavit. 80 Et ut decet probam uxorem facere. 81 Omnibus ingenii bonis. i. quodcunque in me erat, placebat tibi. 82 Amor plenus favoris in me tui multa in me bona alia esse dicebat, præter ea quæ vera erant. 83 Quem maritum me haberes potiorem. 84 Tanti à te æstimabar. 85 Omnibus me anteponebas. 86 Dolere tu quidem debes, non erubescere. 87 Quòd mihi nupseris.

Cùm

Cum 88 *cecidit* 89 *Capaneus* 90 *ſubito* 91 *temerarius*
90 *ictu*,
Non legis 92 *Evadnem* 93 *erubuiſſe viro.*
Nec, quia 94 *rex mundi compeſcuit ignibus ignes,*
Ipſe 95 *ſuis Phaëton* 96 *inficiandus erat.*
97 *Nec Semele Cadmo facta eſt aliena parenti,*
Quòd 98 *precibus periit ambitioſa ſuis.*
Nec tibi, quòd 99 *lævis ego ſum Jovis ignibus ictus,*
1 *Purpureus molli fiat in ore rubor.*
Sed magis in noſtri curam conſurge 2 *tuendi*,
Exemplumque mihi conjugis eſto 3 *bonæ :*
4 *Materiamque* 5 *tuis triſtem virtutibus imple :*
Ardua per 6 *præceps gloria vadit iter.*
7 *Hectora quis noſſet*, 8 *felix ſi Troja fuiſſet ?*
Publica 9 *virtutis per mala facta via eſt.*
10 *Ars tua*, 11 *Tiphys*, 12 *jacet*, 13 *ſi non ſit in æquore fluctus :*
14 *Si valeant homines*, 15 *ars tua, Phœbe, jacet.*
Quæ 16 *latet*, 17 *inque bonis ceſſat non cognita rebus*
18 *Apparet vertus*, 19 *arguiturque malis.*

88 Mortuus eſt
89 Unus ex ſeptem regibus, qui Thebas obſederunt, ſuperbus & Deorum contemptor : qui non contentus viciſſe homines, Jovem ipſum provocare auſus eſt, eo invito capturum Thebas ſe minitans : quo ſcelere in oppugnatione Thebani muri à Jove fulmine ictus cecidit. 90 Fulminis ictu. 91 Impius, quia ſe, invito Jove (ut diximus) Thebas capturum dixerat. 92 Capanei uxorem. 93 Propter virum, aut viri caſum. i. maritum etiam in adverſis amavit Evadne, quia in ejus rogum ardentem ſe nimio amore præcipitavit. 94 Jupiter ſedavit Phaëtontis incendium fulmine. Met. 2. Fab. 1. 95 A ſuis, ſc. Sole, Clymene matre, & Heliadibus ſororibus. 96 Nec erat negandus, eſſe ab illis ortus, quòd à Jove ictus eſt fulmine : imò etiam amplectendus in ruinâ ; ideòque & ſorores luctu illius in arbores mutabantur. 97 Nec Semelen Cadmus pater odio proſecutus eſt : vel, nec Cadmus non ſciebat, Semelen filiam eſſe. 98 Jovem enim, quo cum rem habebat, precabatur Semele, ut ad ſe veniret eo modo, quo ſe Junoni videndum præbebat : quod cùm obtinuiſſet illicò cum domo ſuâ conflagravit. Met. 3. Fab. 3. Colligit ergo exemplis Poëta, ſe quoque non eſſe ab uxore deſerendum in calamitate. 99 Sævo fulmine. i. irâ Auguſti fugatus. 1 Verecundia, quæ reddit hominem purpureum. 2 Ut nos deſendat. 3 Quæ maritum deſendit. 4 Caſum ſive infortunium meum triſtitiæ plenum. In triſti enim materiâ magis poterit virtus eluceſcere. 5 Tuâ in maritum fide & pietate. 6 Per iter difficile. 7 Virtutem Hectoris. Exemplis probat, virtutem in adverſis magis, quàm in ſecundis rebus, perſpici poſſe. 8 Semper in pace & nunquam à Græcis obſeſſa. 9 Via quâ gradimur ad virtutem. 10 Tua gubernandi ars. 11 *Tiphys* primæ navis, quæ Argo dicta eſt, gubernator, & Jaſonis atque Argonautarum in Colchicâ expeditione ſocius fuit. Ovid. 1. de Arte : *Tiphys in Æmonia puppe magiſter erat.* 12 Nulla eſt, non cognoſcitur. 13 Si in mari non ſit tempeſtas, ſed ſemper ſedatum eſſet : cujus ars in eâ navigatione inter fluctus & procellas eluxit. 14 Si homines non ægroteni. 15 Tua medendi ſcientia, cujus inventor diceris. Met. 1. 16 Non apparet, nec habet, quo ſe exerceat. 17 In rebus ſecundis. 18 Videtur. 19 Et comprobatur in rebus adverſis.

20 Mea calamitas dat tibi materiam & occasionem

20 Dat tibi nostra locum tituli fortuna; 21 caputque
Conspicuum pietas, quo tua tollat, habet.
Utere 22 temporibus, quorum nunc munere 23 freta es,
24 Et patet in laudes area magna tuas.

magnæ laudis magnique nominis acquirendi. 21 Ordo est: *Et tua pietas habet, quo tollat caput conspicuum.* 22 Datâ occasione laudis acquirendæ. 23 Adjuta, sustentata es. 24 Et magna materia & latus campus patet in tuam gloriam. i. magna tibi datur occasio adipiscendæ famæ. Ita in Ep. Penel. *Et patet in curas area lata meas.*

ELEGIA IV.

1 Amicum laudat Poëta, exponitque Tomitani exilii incommoda: precaturque eum latenter, ut ab Augusto mitius & paulo propinquius exilium petat: quod facilè impetrari posse docet, cùm magna sit ipsius clementia. Postremò narrat, quomodo è locis non nimiùm longinquis fugerit Orestes cum Iphigeniâ sorore: ablatâ etiam indè Dianâ ad meliora loca. Quod si illi ea loca fugerint, non mirandum esse concludit, si cupiat ipse quoque iisdem ventis abduci, quibus ablatus est Orestes.

1 O Qui, nominibus cùm sis 2 generosus 3 avitis,
4 Exuperas morum nobilitate genus:
Cujus inest animo 5 patrii candoris imago,
Non careat 6 numeris candor ut iste suis:
Cujus in ingenio est patriæ facundia linguæ, 5
7 Quâ prior 8 in Latio non fuit ulla foro:
9 Quod minimè volui, positis 10 pro nomine 11 signis
Dictus es: 12 ignoscas laudibus ipse tuis.
Nil ego peccavi, 13 tua te bona cognita produnt:
Si, quod es, appares, 14 culpa soluta mea est. 10
Nec tamen 15 officium nostro tibi carmine factum
Principe tam 16 justo posse 17 nocere puto.
Ipse 18 pater patriæ (19 quid enim civilius illo?)
20 Sustenet in nostro carmine sæpè legi.

1 Nobilis. 2 Majorum. 3 qui majoribus inclytis oriundis: atavis editus nobilissimis. 4 Vincis majores virtute. 5 Paternæ sinceritatis. i. qui sinceritate imitaris patrem tuum. 6 Habeat suum vigorem, & sit perfectus candor. Al. *nervis.* i. viribus: uti sit sensus: non cares proprio candore animi, nec patris splendore. 7 Ut primus sis eloquentiâ Romanâ. 8 In Romano foro. 9 Maluissem te vero nomine appellare: nunc ab adjunctis & signis te significare cogor. 10 Nominis loco. 11 Quibus cognosci poteris. 12 Laudibus tuis adscribas, si cognoscaris signis suprà dictis. 13 Tuæ animi & fortunæ dotes te manifestum faciunt, nominant. 14 A me remota est culpa, liberatus sum à culpâ. i. non imputabis mihi culpam. 15 Laudem, quâ te afficiam: officii enim mei est laudare benè meritos. 16 Quoniam Augustus tam æquus est, ut nulli id imputet. 17 Tibi. 18 Augustus. Sic suprà l. 2. *Parce* pater patriæ. Hoc cognomen Augusto universa civitas repentino maximoque consensu detulit. Vide quæ nos ad Flor. p. 225. 19 Quid est enim clementius aut humanius ipso Augusto? 20 Patitur de se scribi & ea legi.

Nec

Nec 21 *prohibere poteſt*, 22 *quia res eſt publica, Cæſar:*
23 *Et de communi pars quoque noſtra bono eſt.*
24 *Jupiter ingeniis præbet ſua nomina vatum,*
25 *Seque celebrari* 26 *quolibet ore ſinit.*
Cauſa tua exemplo 27 *Superorum tuta duorum eſt,*
Quorum 28 *hic aſpicitur,* 29 *creditur* 30 *ille Deus.*
31 *Ut non dederim, tamen hoc ego crimen habebo:*
32 *Non fuit arbitrii littera noſtra tui.*
33 *Nec nova, quòd tecum loquor, eſt* 34 *injuria noſtra:*
35 *Incolumis cum quo ſæpè locutus eram.*
36 *Quo vereare minùs ne ſim tibi* 37 *crimen amicus,*
38 *Invidiam, ſi qua eſt, auctor habere poteſt.*
Nam tuus eſt 39 *primis cultus mihi ſemper ab annis*
(40 *Hoc certè noli diſſimulare*) *pater.*
Ingeniumque meum (potes hoc meminiſſe) 41 *probabat:*
42 *Plus etiam,* 43 *quàm, me judice, dignus eram.*
44 *Deque meis illo referebat verſibus ore,*
In quo 45 *pars* 46 *altæ nobilitatis erat.*
47 *Non igitur tibi nunc,* 48 *quòd me domus iſta recepit,*

21 Vetare, quin à me & cæteris de eo ſcribatur.
22 Qui eſt communis omnium Imperator, & publica perſona.
23 Et pars ad me pertinet.
24 Jupiter dat Poëtis nomen ſuum in materiam. A majore ad minus. Si Jupiter de ſe multa ſcribi à Poëtis non recuſat, eorumque carmina tantus Deus non dedignatur, cur recuſaret Cæſar? 25

Laudes ſuas. 25 Uniuſcujuſque, i. nullius laudationem contemnit. 27 Maximorum, Jovis & Auguſti. 28 Auguſtus. 29 Quia creditur, quod non videmus. 30 Jupiter. Tale eſt hoc Virgilianum: *Nocte pluit totâ, redeunt ſpectacula manè: Diviſum imperium cum Jove Cæſar habet.* 31 Quamvis non debuerim te prodere ſive nominare meo carmine, tamen hoc crimen celebrandi & nominandi te meo carmine, mihi adſcribetur, non tibi. Q. d. Auguſtus hoc crimen meum eſſe dicet, non tuum: ideò non eſt timendum ne ob hanc cauſam ille proſequatur te odio. 32 Non habuiſti poteſtatem & jus in carmina noſtra, ut, quod tibi libeat, iis inferere poſſes & delere: vel ſic. Non fuit in manu tuâ, quid ego, aut cui ſcriberem. 33 Nec nuper accidit. 34 Quâ ego te afficio ſcribendo, cùm id fieri nolles propter Auguſtum. i. ſi te lædam, quod ad te ſcribam non id jam novum eſt. 35 Cùm nondùm eſſem relegatus, ante exilium meum. 36 Quam ob cauſam, quod tecum locutus fui incolumis, minùs timeas, ne amicitia mea tibi detur vitio. 37 Criminatio. 38 Ego Ovidius poſſum dici fuiſſe tibi criminis cauſa, ſi aliqua tibi contrahitur invidia. 39 Ab ipsâ pueritiâ ſemper mihi amicus fuit. 40 Amicitiam paternam. 41 Laudabat pater tuus. 42 Sc. *probabat ingenium meum.* 43 Quàm merebar, me etiam, judicante ingenium meum non eſſe tantum, quantum illi apparebat. 44 Et illâ gravitate orationis ſuæ, quâ nobilitabatur, de verſibus meis pronunciabat judicium ſuum. 45 Eloquentia. 46 Al. *magnæ.* 47 Sc. *data ſunt verba.* Q. d. Non tibi in præſentiâ notus ſum: ſed multò antè patri tuo. 48 Q. d. Non tibi in præſentiâ notus ſum: ſed multò antè patri tuo. 48 Quod familia veſtra me fovit & amplexata eſt. i. non nunc ſcripſi, & allocutus ſum te, quòd me primùm novit familia tua.

Sed priùs 49 *auctori ſunt data verba tuo.*
50 *Nec data ſunt (mihi crede) tamen:* 51 *ſed in omnibus actis,*
52 *Ultima ſi demas, vita* 53 *tuenda mea eſt.*
Hanc quoque, quâ perii, culpam, ſcelus eſſe negabis,
Si tanti 54 *ſeries ſit tibi nota* 55 *mali.*
Aut 56 *timor, aut error, nobis priùs obfuit error:*
Ah 56 *ſine me fati non meminiſſe mei!*
Ne-ve 57 *retractando nondùm* 58 *coëuntia rumpe*
Vulnera: vix illis proderit 59 *ipſa quies.*
Ergo ut 60 *jure damus pœnas; ſic* 61 *obfuit omne*
Peccato facinus, 62 *conſiliumque meo.*
63 *Idque* 64 *Deus ſentit:* 65 *pro quo nec lumen ademptum*
Nec mihi 66 *detractu poſſidet alter opes.*
Forſitan 67 *hanc ipſam, vivat modò, finiet olim,*
Tempore cùm fuerit 68 *leneor ira* 67 *fugam.*
Nunc precor hinc aliò jubeat diſcedere, ſi 69 *non*
Noſtra verecundo vota pudore carent.
Mitius exilium, paulòque 70 *propinquius oro,*
71 *Quique ſit à ſævo longiùs hoſte, locum.*
Tantaque in Auguſto eſt 72 *clementia,* 73 *ſi quis ab illo*
Hæc peteret pro me, forſitan ille daret.
Frigida me 74 *cohibent Euxini littora Ponti,*
Dictus ab antiquis 75 *Axenus ille fuit.*
Nam neque jactantur moderatis æquora ventis,
Nec 76 *placidos portus* 77 *hoſpita navis habet.*
Sunt circà gentes, quæ prædam 78 *ſanguine quærunt,*
Nec minùs 79 *infidâ terra timetur aquâ.*

49 Patri tuo, qui tibi autor fuit hujus amicitiæ, probando ingenium meum, & loquendo honorificè de meis ſtudiis. 50 Non tamen deceptus eſt pater tuus, cùm ingenium meum celebraret. 51 Sed vitam meam probabis, & intelliges me non dediſſe verba, ſi totius vitæ meæ curſum potiùs, quàm finem, in ſpexeris. 52 Si excipias cauſam exilii mei. 53 Defendi poteſt: quia ſine culpâ fuit. 54 Circumſtantiæ. 55 Erroris. 56 Quia non auſus ſui defendere me contra Auguſtum. 56 Permitte, concede me non referre cauſam exilii mei. 57 Renovando, commemorando. Eſt autem Metaphora à vulneribus ſumpta, quæ occluſa tactu renovantur. 58 Conſolidata & occluſa. 59 Ipſum ſilentium, nedùm retractatio ſive commemoratio. 60 Non ſine culpâ. 61 Procul fuit. 62 Deliberatio & animus lædendi. 63 Me culpâ carere. 64 Auguſtus. 65 Pro quâ re quod culpâ careo, neque vita mihi ablata eſt 66 Ademptas mihi, ut exulibus fieri ſolet i. nec confiſcatæ ſunt res meæ. 67 Hanc meam relegationem finiet. i. revocabit, & reſtituet me. 68 Sedatior. 69 Niſi importunè nimis peto. 70 Vicinius Romæ. 71 Locum tutiorem. 72 Inclinatio animi ad lenitatem in pœnâ exigendâ. Huic *crudelitas* opponitur. 73 Sc. *ut.* 74 Habent. 75 ἄξενον. i. *inhoſpitalis.* 76 Tutos, ſecuros. Suprà Poëta Euxinum *orbem portibus* appellavit. 77 Peregrina. 78 Homicidio. 79 Tempeſtatibus obnoxiâ.

Illi,

Illi, quos audis 80 *hominum gaudere cruore,*
Pænè 81 *sub ejusdem* 82 *frigoris axe jacent.*
83 Nec *procul à nobis* 84 *locus est,* 85 *ubi Taurica* 86 *dirâ*
87 *Cæde* 88 *Pharetratæ spargitur ara* 88 *Deæ.*
Hæc priùs (ut memorant) 89 *non invidiosa nefandis,* 65
90 Nec *cupienda bonis, regna* 91 *Thoantis erant.*
92 *Hic* 93 *pro suppositâ* 94 *virgo Pelopeia cerva*
Sacra Deæ coluit 95 *qualiacunque* 96 *suæ.*
Quo postquam, dubium 97 *pius, ausceleratus, Orestes*
98 *Exactum furiis venerat ipse suis,* 70
Et 99 *comes exemplum veri* 1 *Phocæus amoris,*
2 *Qui duo corporibus* 3 *mentibus unus erant;*
Protinus evincti tristem ducuntur ad 4 *aram,*
Quæ stabat 5 *geminas ante cruenta* 6 *fores.*
Nec *tamen hunc* 7 *sua mors, nec mors sua terruit illum:* 75
8 *Alter ab alterius funere mœstus erat.*
Et jam constiterat stricto mucrone 9 *sacerdos,*
Cinxerat & Grajas 10 *barbara* 11 *vitta* 12 *comas:*
Cum 13 *vice sermonis* 14 *fratrem* 15 *cognovit & illi*
Pro nece complexus Iphigeneia dedit. 80
Læta 16 *Deæ signum* 17 *crudelia sacra perosæ*

80 Vesci humanis carnibus. Hi autem appellati fuêre *Anthropophagi*, i. hominum carne vescentes. 81 Sub eodem cœlo & climate, quo ego sum. 82 Al. *sidere.* 83 Nec longè à Tomo. 84 Apud Scythas Tauros. Hoc ipsum copiosius narrat. De Pont. l. 3. El. 2. ubi incipit, *Est locus in Scythiâ*, &c. & Herodot. l. 4. 85 Ubi regio illa

crudelis. 85 Crudeli, utpote humanâ. 87 Morte hospitum. 88 Deæ Dianæ, quæ tanquam venationis Dea sagittis utitur. Colebatur autem circa Ephesum, Pontum, Persidem, & Cretam. 89 Non odiosa scelestis hominibus. 90 Nec etiam appetenda sive optanda ab hominibus benè institutis. 91 *Thoas* Tauricæ regionis rex fuit, ad quem delata est Iphigenia, Agamemnonis filia, & ab eo Dianæ Tauricæ sacris præfecta. Eum postea occidit Orestes, à sorore adjutus, cùm illum quoque Thoas Dianæ aræ destinasset. 92 In Tauricâ regione. 93 Pro cervâ, quam loco Iphigeniæ cùm immolaretur, subjecit Diana. Vide Met. 12. v. 34. & Serv. ad 2 Æn. v. 116. 94 Iphigenia, filia Agamemnonis, proneptis Pelopis. 95 Si modò sacra sint nominanda. 96 Dianæ, cujus victima foret. 97 Quia & patrem ultus fuit, & matrem, cædis autorem, interfecit. 98 Vexatus post matris cædem. 99 Sc. *venerat.* 1 Pylades, ex Phocide regione, filius Strophii: fidissimus ejus & individuus comes. 2 Pylades & Orestes. 3 Voluntate & affectibus iidem. Undè Catalina apud Sal. dicit: *Idem velle, atque idem nolle, ea demùm firma amicitia est.* 4 Ad Dianæ Tauricæ altare immite: ut de more Deæ sacrificarentur. 5 Bipatentes. 6 Delubri. 7 Propria. 8 Uterque mortem alterius dolebat, neuter suam. 9 Iphigenia, parata ad sacrificium. 10 Barbarorum, & quia Barbarorum mos erat sacrificare homines. 11 Quâ vinciebantur eorum capita, qui Deo alicui immolabantur. Virg. *Et circum tempora vittæ.* 12 Crines Pyladis & Orestis, qui Græci erant. 13 Vicissitudine loquendi, mutuo sermone. 14 Orestem. 15 Ipsa Iphigenia. 16 Dianæ statuam sive simulacrum. 17 Non postulabat Diana sibi hujusmodi hostiis sacrificari; sed erat Thoantis immanitas, ut ei hospites mactandos censeret.

Tran-

17 Aufugiens cum fratre Iphigenia, tranſtulit ſecum Deæ ſimulacrum in loca meliora qui moribus, quâ humanitate, ſc. Ariciam. 18

Tranſtulit ex illis 17 *in meliora locis.*
Hæc igitur regio magni pænè ultima mundi,
Quam fugere 18 *homines,* 19 *Diique propinqua*
mihi eſt:
Atque 20 *meam terram prope ſunt* 21 *funebria ſacra,*
Si modò Naſonis barbara terra ſua eſt.
O utinam venti, 23 *quibus eſt ablatus Oreſtes,*
Placato referant & mea vela Deo!

Pylades, Oreſtes, & Iphigenia. 19 Et ipſa Diana. 20 Prope Tomon. 21 Sacrificia lætifera. 22 Si perpetuò & non pro tempore, illam incolam. 23 Quibus ex illis locis navigavit Oreſtes, cùm Thoantem fugeret. 24 Me. 25 Auguſto reconcilliato.

ELEGIA V.

1 Amicum laudat Poëta, eumque monet, ut conſtanter officium amicitiæ exſequatur eique apud Auguſtum opem ferat. 2 A me amatos. 3 Præcipuus ſive princeps inter amicos meos. 4 Solum refugium. Solebant enim veteres, ubi extremum aliquod periculum imminebat, ad aras, tanquam ad locum tutum, confugere: quò qui confugiſſent, immunitatem impunitatemque conſequebantur, qui aras amplexi fuiſſent. *Hæc ara tuebitur omnes*, ait Hecuba apud Virg. 2. Æn. Vide quæ nos ad Ter. p. 288. 5 Conſolatione. 6 Lampas. 7 Infuſo oleo, cujus inventrix Pallas fuit. Met. 6. 8 Amicitiæ munera & confugium: *vel*, non dubitaſti me tueri tuo patrocinio. Allegoria. 9 Mihi ira Cæſaris proſtrato. 10 Opibus. 11 Quia ſubminiſtraſſes mihi. 12 Patrimonium meum. 13 Hujus mei exilii ſive infortunii; *vel*, vis adverſæ fortunæ. 14 Ardor quidam ſcribendi. 15 Nomen. i. tu ſcis quem ſignificem, licet non proferam nomen tuum. 16 Fidem erga me tuam, quæ rarò in aliis reperitur, immortalitati conſecrare.

1 O 2 *Mihi dilectos* 3 *inter ſors prima ſodales,*
4 *Unica fortunis* 4 *ara reperta meis:*
Cujus ab 5 *alloquiis anima hæc moribunda revixit,*
Ut 6 *vigil* 7 *infuſâ Pallade* 6 *flamma ſolet:*
Qui veritus non es 8 *portus aperire fideles,*
9 *Fulmine percuſſæ confugiumque ratis?*
Cujus eram 10 *cenſu* 11 *non me ſenſurus egentem,*
Si Cæſar 12 *patris, eripuiſſet* 12 *opes:*
13 *Temporis oblitum dùm me trahit* 14 *impetus* 13 *hujus,*
Excidit heu nomen quam mihi pænè tuum?
Tu tamen 15 *agnoſcis, tactuſque cupidine laudis,*
Ille ego ſum, cuperes dicere poſſe palam.
Certè ego, ſi ſineres, titulum tibi reddere vellem,
Et 16 *raram famæ conciliare* 16 *fidem.*
Ne noceam grato vereor tibi carmine ne-ve

Intem-

Intempestivus 17 *nominis obstet* 18 *honor.*
Quod licet, & tutum est, 19 *intra tua pectora gaude,*
Meque tui memorem, teque fuisse pium.
Utque facis, 20 *remis ad opem* 20 *luctare ferendam,*
21 *Dum veniat placido mollior* 22 *aura* 23 *Deo:*
Et tutare caput 24 *nulli servabile, si non,*
25 *Qui mersit, Stigiâ sublevet illud aquâ.*
Teque (quod est rarum) presta constanter ad omne
26 *Indeclinatæ munus amicitiæ.*
Sic tua 27 *processus habeat Fortuna* 27 *perennes:*
Sic 28 *ope non egeas ipse, juvesque tuos:*
29 *Sic æquet tua nupta* 30 *virum bonitate perenni,*
Incidat & vestro rara querela 31 *toro:*
Diligat & semper 32 *socius te* 32 *sanguinis illo,*
Quo pius affectu Castora 33 *frater amat:*
Sic juvenis tibi consimilis sit natus & illum
34 *Moribus agnoscat quilibet esse tuum.*
Sic faciat socerum 35 *tædâ te nota* 35 *jugali,*
36 *Nec tardè juveni det tibi nomen avi.*

17 Ut nomen tuum edam.
18 Hoc tempore exilii mei non convenit te apertè & nomine posito honorari à me: id enim esset ἀκαιρον.
19 Solus.
20 Omnem adhibe conatum. Metaphora à nautis, qui in tempestatibus remis utuntur
21 Donec.
22 Favor.
23 Augusto mitigato. 24 Cui nemo opem ferre potest. i. solus ille, qui me occidit ac perdidit, revocare ad salutem, reditum donando, potest. 25 Qui damnavit revocet. 26 Non imminutæ, sed firmæ. 27 Continuos progressus, felices successus. 28 Cujusquam auxilio. 29 Sic uxor tua moribus tuis respondeat. te probitate & religione æquet. 30 Te maritum. 31 Conjugio. 32 Frater tuus, vel, consanguineus. 33 Pollux, qui vitam cum fratre partitus est. Vide Fast. 5. 34 Fide. 35 Face præferri solitâ in nuptiis: quæ hic pro ipso conjugio ponitur. 36 Et primis tuis annis faciat te avum. Optat enim, ut filia pariat sibi nepotem eo ad huc juvene.

ELEGIA VI.

1 *Tempore* 2 *ruricolæ* 3 *patiens sit taurus* 2 *aratri:*
Præbet & 4 incurvo colla premenda jugo:
Tempore paret equus 5 lentis animosus habenis,
Et 6 placido 7 duros accipit ore 7 lupos.
Tempore 8 *Pœnorum compescitur ira* 8 *leonum,*
Nec feritas animo, quæ fuit antè, manet.

1 Ostendit Poëta multis exemplis, tempore omnia molliri, præter curas suas & miserias: & ostendit se ita deficere, ut non diu credat se supervicturum tantis malis, quam rem dicit sibi solatio relictam esse. 2 Aratricolentis rus. 3 Domatur. Undè alibi: *Tempore difficiles veniunt ad aratra juvenci, Tempore lenta pati, frana docentur equi.* 4 Rotundo. 5 Flexibilibus, lentè illum ducentibus. 6 Miti nec refractario. 7 Dura fræna, sive lupata. i. fræna aspera, quibus equi ferociores coërcentur: sic dicta à *lupis* dentibus, qui inæquales sunt. Virg. *Et duris parêre lupatis.* 8 Maximi & ferocissimi leones in Africâ reperiuntur. Leones autem domari & mansuefieri, docet etiam Tibul. *Longa dies homini docuit parêre leones.*

Quæ

Quæque ſui juſſis obtemperat 9 *Inda magiſtri*
9 *Bellua, ſervitium tempore* 10 *victa ſubit.*
Tempus ut 11 *extentis* 12 *tumeat facit uva* 13 *racemis,*
14 *Vixque metum capiant grana, quòd imma habet.* 10
15 *Tempus & in* 16 *canas ſegetem producit ariſtas,*
Et ne ſint 17 *triſti poma ſapore facit.*
18 *Hoc* 19 *tenuat dentem, terram findentis, aratri.*
18 *Hoc rigidos ſilices,* 18 *hoc adamanta* 20 *terit.*
21 *Hoc etiam ſævas paulatim mitigat iras :* 15
Hoc minuit luctus, 22 *mœſtaque corda levat.*
Cuncta poteſt 23 *igitur* 24 *tacito pede lapſa vetuſtas,*
Præterquam curas 25 *attenuare meas.*
26 *Ut patriâ careo, bis frugibus area trita eſt :*
27 *Diſſiluit nudo preſſa bis uva pede.* 20
Nec 28 *quæſita tamen* 29 *ſpatio* 30 *patientia longo eſt,*
31 *Menſque mali ſenſum noſtra recentia habet.*
Scilicet & veteres fugiunt 32 *juga ſæpè juvenci,*
Et 33 *domitus fræno ſæpè repugnat equus.*
Triſtior eſt etiam 34 *præſens ærumna* 35 *priore :* 25
36 *Ut ſit enim ſibi par, crevit, & aucta morâ eſt.*
Nec tam nota mihi, 37 *quàm ſunt, mala noſtra fuerunt.*
Sed 38 *magis hoc, quòſunt cognitiora,* 38 *gravant.*
39 *Eſt quoque non minimum,* 40 *vires afferre recentes :* (30
Nec 41 *præconſumptum* 42 *temporis eſſe* 42 *malis.*

9 Elephas. 10 Domita, manſuefacta. 11 Longis & exporrectis, & de vite pendentibus. 12 Matureſcat. 13 Uvis minoribus, granis exilioribus. 14 Vix teneant vinum, quod eſt in ipſis granis. 15 Tempore etiam frumenta naſcuntur, & ad maturitatem perveniunt. 16 Maturas. 17 Amaro auſtero : quia matureſcunt, & fiunt duleia. 18 Tempus. 19 Attenuat vomerem, proſcindentem iterùm terram, ut nova appareat. Hanc ſententiam ſic expreſſit de Pont. l. 4. El. 10. *Et teritur preſſâ vomer adunctus humo.* 20 Atterit & minuit. 21 Tempore etiam ira mitigatur. 22 Et minuit luctus ac mœſtitiam. 23 Itaque cùm omnia tempore mitiora fiant. 24 Senſim, aut inſenſibiliter labens. 25 Lenire, imminuere. 26 Ex quo, poſtquam relegatus ſum ab Auguſto, bis fruges excuſſæ ſunt in areâ. Per duas meſſes, totidemque vindemias Poëta duos annos deſignat. 27 Saliendo egreſſus eſt humor ſeu vinum ex acinis tumentibus, i. bis mutum expreſſum eſt. 28 Acquiſita, accepta. 29 Tempore. 30 Ut æquo animo ferrem relegationem eſt. 28 Acquiſita, accepta. 29 Tempore. 30 Ut æquo animo ferrem relegationem meam. 31 Et mens noſtra ſentit mala perindè ac recentia, & non duorum annorum. 32 Aſſueta. 33 Manſuefactus jam. 34 Præſens malum & infortunium. 35 Sc. ærumnâ, quâ primò relegatus fui. 36 Quamvis & præſens & prior ærumna idem malum attulerint, in hoc tamen differunt quòd præſens tempus, diuturnitate magis auctâ, majorem etiam attulit dolorem. 37 Sc. *nota.* 38 Eò majori me afficiunt moleſtiâ, quò ſunt magis nota ac probata. 39 Multùm juvat in ferendis malis. Oſtendit Poëta, novum dolorem minùs nocere, quam veterem. 40 Aliquem primùm, & nunquam anteâ læſum, affici aliquâ inſigni clade. 41 Aliquem anteà conſumptum & debilitatum. 42 Malis vetuſtatis.

43 *For-*

43 *Fortior in fulvâ* 44 *novus eſt* 45 *luctator arenâ* :
46 *Quàm cui ſunt tardâ brachia feſſa morâ*,
47 *Integer eſt melior nitidis gladiator* 48 *in armis*,
49 *Quám cui tela ſuo ſanguine tincta rubent.*
50 *Fert bené* 51 *præcipites navis* 52 *modò facta procellas* :
Quamlibet exiguo 53 *ſolvitur imbre* 54 *vetus.*
Nos quoque, quæ ferimus tulimus patientiùs antè,
Quam mala ſunt longâ 55 *multiplicata* 56 *die.*
57 *Credite deſicio* : 58 *noſtroque à corpore (quantum*
59 *Auguror) accedunt tempore parva malis.*
Nam neque 60 *ſunt viris, nec qui coler eſſe ſolebat* :
61 *Vix habeo tenuem, quæ tegat oſſa, cutem.*
Corpore ſed mens eſt ægro magis ægra, malique
62 *In circumſpectu ſtat ſinè fine ſui.*
63 *Urbis abeſt facies, abſunt mea cura ſodales* :
Et, quâ nulla mihi carior, uxor abeſt.
Vulgus adeſt Scythicum, 64 *braccataque turba Getarum* :
Sic mala, 65 *quæ video*, 66 *non videsque*, 67 *nocent.*
Uda tamen ſpes eſt, quæ me ſoletur in iſtis,
68 *Hæc fore morte meâ non diuturna mala.*

43 Exemplis probat, multò magis gravare mala vetera, quàm recentia. 44 Non antea fatigatus. 45 Athlæta, qui luctâ ludit & paleſtrâ. 46 Quam ille, cujus brachia defatigata ſunt longâ, luctâ. 47 Nondùm vulneratus, & novus. 48 Al. *arenis*. i. in campo arenâ ſtrato. Contentum pro continente.

Arenâ enim ſpargi campus ſolebat, ne vel Pugnantes fœdarentur cruore occiſorum, vel cruor ſparſus ſpectantibus eſſet horrori. 49 Quàm ille, qui vulneratus eſt. 50 Perfert. 51 Celeres, aut naves præcipitantes. 52 Nova. 53 Perit. 54 Cariosa. 55 Aucta. 56 Longo tempore. 57 Pergit amplificare ſua mala. 58 Ordo eſt: *Et à noſtro corpore parva tempora accedunt*. i. non longo tempore malis cruciabor, quia citò moriar. 59 Conjicio è corporis mei valetudine. 60 Mihi. 61 Tam macilentus ſum. 62 In conſideratione verſatur. 63 Romæ. 64 Habitu Romanis ignoto. 65 Barbaros & Scythas intelligit. 66 Urbem ſodales & uxorem intelligit. 67 Al. *movent*. i. ſollicitant. 68 Brevi me moriturum.

ELEGIA VII.

BIs me Sol adiit gelidæ poſt frigora brumæ,
Biſque ſuum 3 *tacto piſce* 4 *peregit iter.*

1 Biennium jam exactum eſt.

Miratur Poëta, quòd biennio jam exacto, nullas ab amico accepe it literas: cùm hi præſertim ad eum ſcripſerint, quibuſcum amicitiæ uſus non fuerat tam probatus. Subjungit tamen, malle ſe omnia credere, quàm illum nullas ad eum dediſſe literas, quas interceptas fuiſſe exiſtimat. Admonet poſtremò, ut ad eum ſcribat, ne ſemper excuſandus ſit. 2 Tempus à brumæ ad brumam dùm ſol redit vocatur annus. *Bruma* autem à brevitate dierum nomen accepit. 3 Poſtquam ad Piſces, ultimum Zodiaci ſignum pervenit. Hoc dicit, quia ſol à Capricorno, Aquario, & Piſcibus hyemem tranſigit. 4 Abſolvit curſum annuum.

Tem-

Tempore tam longo cur non tua dextera versus
Quamlibet in paucos officiosa fuit?
Cur tua cessavit pietas, scribentibus illis,
Exiguus nobis cum quibus usus erat?
Cur quosies alicui dum chartæ vincula dempsi,
Illam speravi nomen habere tuum?
Dî faciant, ut sæpè tuâ sit epistola dextrâ
Scripta! sed ex multis reddita nulla mihi.
Quod precor, esse liquet: credam priùs ora Medusæ
Gorgonis anguineis cincta fuisse comis:
Esse canes utero sub Virginis: esse Chimæram,
A truce quæ flammis seperat angue leam,
Quadrupedesque homines cum pectore pectora junctos,
Tergeminumque virum, tergeminumque canem,

5 Biennio toto.
6 Cur tanto spatio non scripsisti versus saltem paucos ad me, ut officio satis faceres? 7 Præstitit officium suum scribendo paucos versus.
8 Amicitia.
9 Parva consuetudo.
10 Cùm epistolam aperirem. 11 Speravi illam epistolam à te scriptam esse. 12 Manu. 13 Sed è multis tuis literis nullas accepi. 14 Quod oro ut Dii faciant te sæpè ad me scripsisse. 15 Manifestum est te ad me scripsisse. 16 Credam potiùs, quæ Poëtæ fabulantur, quàm te non scripsisse. 17 Medusa, filia Phorci, præter alias formæ insignis dotes, capillos habuisse fertur, proximè ad auri colorem accedentes: quorum splendore captus Neptunus, in Minervæ templo cum eâ concubuit: ex quo concubitu natus est postea Pegasus equus. Quam injuriam Minerva gravi & iniquo animo ferens, Medusæ crines in angues mutavit: deditque, ut omnes, eam aspicientes, in lapides mutarentur. Met. 4. Fab. 19. *Gorgonam* autem Medusam Poëtæ appellant à *Gorgonum* gente. 18 Scyllæ, Phorci filiæ: quæ, cùm mutuo Glauci amore teneretur, indignata Circe, quæ Glaucum miserè deperibat, Scyllam sibi ab illo præferri, fontem, in quo illa lavari solebat, noxiis veneficisque herbis infecit. Cujus rei Scylla ignara, cùm lavandi gratiâ fontem, ingressa esset, vidit inferiorem corporis partem in canes esse commutatam: quam deformitatem tantoperè exhorruit, ut sese statim in Siculum præcipitaverit fretum, ubi & in saxum mutata fingitur, Charibdi ex adverso objectum, præternavigantibus vehementer periculosum. Met. 14. Fab. 1. 19 Monstrum, caput & pectus leonis habens, ventrem autem capræ, & caudam draconis. 20 Quæ in se igneam vim continet, undè & ignem vomens. 21 Centauros, Ixionis & Nubis filios, mediâ parte homines, mediâ equos. Vide quæ nos ad Sal. p. 329. a. 22 Humana equino. Centaurorum enim pectora humanis pectoribus juncta fuêre, & habuêre partem pectoris humanam, partem equinam, ut diximus. 23 Geryonem, quem tricorporem fuisse fingunt Poëtæ. Justinus scribit Geryonem non triplicis naturæ (ut fabulis proditur) fuisse sed duos habuisse fratres: tantâ verò inter se concordiâ vixisse, ut, cùm tres essent, uno omnes animo regi viderentur. Horat. *Qui ter amplum Geryonem, Tityonque tristi Compescit undâ.* Vide Serv. ad Æneïd. 7. v. 662. Justin. l. 44. c. 4. 24 Cerberum tricipitem. Cerberus enim tria canum capita, draconisque caudam, & in tergo serpentum omnium generum capita habuisse dicitur. Dictus est autem *Cerberus*, quasi κρεοβόρος. i *carnem vorans*: quippe Græci κρέας *carnem*, βορὸν *edacem dicunt*. Vide Æn. 6. v. 417.

24 *Sphin-*

25 *Sphingaque, & 26 Harpyas, 27 ſerpenti pedeſque Gigantes :*
28 Centimanumque Gygen, 29 ſemibovemque virum,
30 Hæc ego cuncta priùs, quam te cariſſime, credam
Mutatum, 31 curam depoſuiſſe mei.
32 Innumeri montes inter me teque, viæque,
Fluminaque, & campi, nec freta pauca jacent.
33 Mille poteſt cauſis, à te quæ littera ſæpè
Miſſa ſit, in noſtras rara venire manus.
Mille tamen cauſas ſcribendo vince frequenter,
34 Excuſem ne te ſemper, amice, mihi.

25 Sphinx monſtrum eſt è ſimiarum genere, pilo ſuſco, facie virginis pennis avium, Pedibus ac caudâ leonis. Hac bellua Thebas veniſſe traditur, propoſuiſſeque ænigma, quod qui non ſolveret, periret, Indè plerique ob rem ambiguam ac perobſcuram interfecti ſunt. Solventi Jocaſtæ connubium, & Thebarum regnum propoſitum præmium erat. Præter Oedipum ſolvere potuit nemo. Id erat hujuſmodi : Quod nam id eſſet animal, quod manè quadrupes, meridie bipes : veſperi tripes eſſet. Cæteris ambigentibus Oedipus hominem eſſe aſſeruit, qui in infantiâ manibus & pedibus repens veriùs, quàm incedens, quadrupes eſſet. Deinde in mediâ juventute, non alio quàm pedum adminiculo nitens merito, ut eſt, bipes diei poſſet. Ingraveſcente autem ætate aſſumpto ſcipione, tripes deberet judicari. Sphinx ſuo judicio victa, ex editiore loco ſeſe præcipitem dedit. Oedipus Jocaſtam, neſcius matrem eſſe, duxit uxorem, Thebarumque imperium adeptus eſt. Auſon. *Illa etiam thalamos per terna ænigmata quærens, Qui bipes, & quadrupes foret, & tripes omnia ſolus, Terruit Aoniam volucris, leo, virgo, triformis Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.* 26 *Harpyæ* monſtra fuerunt, qualia deſcribit Virg. 3. Æn. *Triſtius haud illis monſtrum, nec ſævior ulla Peſtis, & iratâ Deum Stygiis ſeſe extulit undis : Virginei volucrum vultus, fœdiſſima ventris Proluvies, uncæque manus, & pallida ſemper ora fame.* Hæ ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν. i. à *rapiendo* dictæ ſunt. Harpyæ Neptuni & Terræ filiæ fuêre. Tres autem fuiſſe memorantur. Prima *Celæno* à *nigredine* dicta Κελαινὼ : quippe κελαινὸν Græci *nigrum* dicunt. Secunda *Aëllo*, ἀπὸ τοῦ ἀέλλω. i. *volvo, verto*, quòd fœdo volatu omnia *pervertat*. Tertia *Ocypete*, quod ὠκὺς *velox* eſt, & πέτομαι *volo*, quod ſc. *alarum velocitate* mirum in modum polleat. 27 Anguipedes. i. gigantes, *quorum pedes in ſerpentum volumina deſinebat : quod ſignificat, nihil eos rectum, nihil ſuperum cogitaſſe, totius vitæ eorum greſſu atque proceſſu in inferna mergente.* Macrob. Sat. l. 1. c. 20. 28 *Giges* Cœli & Terræ filius fuit, fraterque Briarei & Cotti, quorum unumquemque centum manus habuiſſe dixit, & capita quinquaginta. 29 Minotaurum. naturâ duplici : nam uſque ad humeros taurus, cætera homo fuit, natus ex Phaſiphaë, uxore Minoïs. Met. 6. 30 Hæc omnia fabuloſa. 31 Memoriam. 32 Ingens ſpatium. 33 Ordo eſt : *Littera, quæ ſæpè miſſa ſit à te. mille.* i. multis, *cauſis poteſt rara venire in noſtras manus.* 34 Quòd non ſcripſeris.

ELEGIA VIII.

1 Quinquagenarius Poëta queritur, se jam canescere in infelicissimâ regione, eo tempore, quo frui debuisset patriâ charissimâ conjuge, amicis, &c. Quæ si olim à Delphico oraculo, aut Dodonæâ columbâ futura accepisset, vana dicit se ea responsa existimaturum fuisse. Clarissimâ sententiâ docet, nihil tam validum esse,

1 JAm mea 2 cygneas imitantur 3 tempora 2 plumas,
4 Inficit & nigras 5 alba senecta 4 comas:
Jam subeunt anni 6 fragiles, & 7 inertior ætas,
8 Jamque parùm firmo me mihi ferre grave est.
Nunc 9 erat, 10 ut posito deberem fine laborum
Vivere, 11 me nullo sollicitante meum:
Quæque meæ semper placuerunt otia menti,
Carpere, & in studiis molliter esse meis:
Et 12 parvam celebrare domum, veteresque Penates,
Et quæ nunc 13 domino rura 14 paterna carent:
Inque sinu 15 dominæ, 16 carisque nepotibus, inque
Securus patriâ consenuisse meâ.
Hæc mea sic quondam peragi speraverat ætas:
Hos ego sic annos 17 ponere dignus eram.
Non ita Diis visum, qui me terrâque marique,
18 Actum, 19 Sarmaticis exposuêre locis.
20 In 21 cava ducuntur 22 quassæ navalia 22 puppes,
Ne temerè in mediis 23 dissoluantur aquis.
Ne 24 cadat, & multas 25 palmas inhonestet adeptus,
26 Languidus in pratis gramina carpit equus.

quod non subjaceat divinæ voluntati ac potentiæ. Postremò cæteros admonet, ut ejus casibus moniti, Augustum, cujus potentia par est Diis immortalibus, demereantur. 2 Candidas plumas, quales sunt cygnorum. Se autem fatetur jam canescere. Est autem canitiei causa, inopia caloris. 3 Caput meum capillis canis cingitur. 4 Tingit, canos reddit capillos. Tib. l. 1. El. 1. *Dum tarda senectus Inducat rugas*, inficiatque comas. 5 Faciens homines canos. 6 Seniles, infirmi, ad resistendum morbis & morti. 7 Inepta rebus agendis. 8 Et propriis pedibus me sustentare sive ire est jam molestum mihi debili, cùm propter ætatem, tùm propter mala, in quibus assiduè versor. 9 Tempus. 10 Quo tempore. 11 Quietè vivere. 12 Et domi vivere. 13 Possessore suo. i. me qui sum possessor eorum. 14 Quæ erant in Pelignis. 15 Uxoris. 16 Et inter caros nepotes. 17 Degerere. 18 Jactatum. 19 Sic Eleg. ult. hujus libri: *Tacta mihi tandem est, longis erroribus acto, Juncta pharetratis Sarmatis ora Getis.* 20 A Pari argumentatur. Navium enim vetularum exemplo, quæ longâ navigatione procellis agitatæ, in navalibus reponuntur, & emeriti militis, se senem dicit placidâ quiete uti debuisse. 21 Quorum alveus concavus est. 22 Naves tempestatibus agitatæ. Sic l. 1 El. 2. *Solvere* quassatæ *percite membra* ratis. 23 Dissolvantur, rimas agant. Diæresis. Suprà El. 4. *Fert bene præcipites navis modò facta procellas.* Quamlibet exiguo solvitur imbre vetus. 24 In cursu 25 Victorias in curuli certamine acquisitas dedecore afficiat. 26 Annis confectus, senex jam.

Miles

Miles ubi 27 *emeritis non eſt ſatis utilis armis,*
28 *Ponit* 29 *ad antiquos, quæ tulit arma, Lares.*
Sic igitur, 30 *tardâ vires minuente ſenectâ,*
Me quoque donari jam 31 *rude, tempus erat.*
Tempus erat, nec me 32 *peregrinum ducere cœlum,*
Nec 33 *ſiccam* 34 *Getico fonte* 35 *levare ſitim:*
Sed modò, 36 *quos habui,* 37 *vacuos ſecedere in hortos:*
Nunc hominum viſu rurſus, & 38 *urbe frui,*
Sic animo quondam 39 *non divinante futura*
Optabam placidè vivere poſſe ſenex.
40 *Fata repugnarunt: quæ, cùm mihi tempora primo*
Mollia præbuerint, 41 *poſteriora gravant.*
Jamque 42 *decem luſtris omni ſine* 43 *labe peractis,*
44 *Parte premor vitæ* 44 *deteriore meæ.*
45 *Nec procul à metis, quas pæne tenere videbar,*
46 *Curriculo gravis eſt facta ruina meo.*
Ergo 47 *illum demens in me* 48 *ſævire coëgi,*
Mitius immenſus quo nihil orbis habet:
Ipſaque delictis 49 *vitæ eſt clementia noſtris,*
Nec *tamen* 50 *errori vita negata meo eſt.*
Vita procul patriâ peragenda 51 *ſub axe Boreæ eſt,*
52 *Quà maris Euxini* 53 *terra ſiniſtra jacet.*
Hæc mihi ſi 54 *Delphi,* 55 *Dodonaque diceret ipſa,*

27 Armis eorum, qui militiâ perfuncti ſunt.
28 Deponit.
29 Ad veteres Deos. Solebant enim milites cùm à militiâ diſcederent, arma alicui Deo ſuſpendere. Undè Horat. Ep. 1. l. 1. *Veſaniæ armis, Herculis ad poſtem fixit, latet abditus agro.*
30 Faciente homines tardo. Ab effectu.
31 *Rudis* virga erat, quâ donati gladiatores, à gladiaturâ ceſſabant: nam ingraveſcente ætate, non cogebantur amplius pugnare, ſed donati rude, quieſcebant. 32 Vivere in peregrinâ regione. 33 Quæ ſitientes ſiccos facit. 34 Geticâ aquâ, quæ frigidiſſima eſt. 35 Exſtinguere. Hac etiam de re conqueſtus eſt ſuprà l. 3. El. 3. *Nec cœlum patior, nec aquis aſſuevimus iſtis, Terraque neſcio quo non placet ipſa modo.* 36 Cum Romæ eſſem. 37 Spatioſos: vel potiùs carentes me domino aut tumultu. 38 Româ. 39 Non cogitante hoc exilium. 40 Dii voluerunt, ut ſenex quieſcerem. 41 Gravia & moleſta faciunt hæc tempora, quæ illa prima mollia ſubſecuta ſunt. 42 Quinquaginta annis. *Luſtrum* enim quinquennale tempus ſignificat, à *luendo*. i. ſolvendo dictum, quòd quinto quoque anno vectigalia & tributa ſolvebantur; ſive quòd ſingulis quinquenniis civitates *luſtrarentur*. *Luſtrare* enim expiare eſt. 43 Moleſtia. 44 Senio pejore. Ætas enim poſt annum quinquageſimum ſolet eſſe deterior. 45 Nec longè à ſenectute meâ, & à tempore, quo ſperabam quietem. Metaphora à curuli certamine. 46 Meo curſu ad ipſas metas, vel parvo curru. 47 Auguſtum. 48 Iraſci. 49 Quia ſcelus meum tantum fuit, ut Auguſtus clemens eſſe non potuerit. 50 Ob errorem meum. 51 Sub Septentrionali plagâ, undè flat Boreas. 52 Ubi. 53 Ad ſiniſtram. Nam ex Ægæo mari in Euxinum venientibus, ſiniſtrâ parte eſt Geticum littus, ubi erat Ovidius. 54 Apollo Delphicus, vel oraculum Apollinis Delphici. *Delphi* civitas in Bœotiâ eſt, juxta montem Parnaſſum: ubi clariſſimum templum habuit Apollo, reddebatque oracula, undè & *Delphicus* vocatus eſt. 55 Civitas Chaoniæ regionis Epiri, juxta quam propinquum erat nemus Jovis ſacrum querneum totum, ubi Jovis Dodonæi templum fuiſſe dicitur: In quo duas columbas conſulentibus reſponſa dediſſe quidam fabulantur, quarum altera Delphos, altera verò in Jovis Ammonis templum volavit. Alii quercus ipſas reſponſa dediſſe ferunt. Hinc *Dodonæus Jupiter*, qui in Dodonæo nemore colebatur.

Esse videretur 56 *vanus uterque locus.*
Nil adeò valìdum est, 57 *adamas licet alliget illud*, 45
58 *Ut maneat rapido firmius igne Jovis.*
Nil ita sublime est, 59 *supraque pericula tendit*,
Non sit ut inferius, suppositumque Deo.
Nam quamquam 60 *vitio pars est* 61 *contracta malorum*,
62 *Plus tamen exitii* 63 *numinis ira dedit.* 50
At 64 *vos admoniti nostris quoque casibus este*,
65 *Æquantem Superos demeruisse virum.*

56 Mendax. 57 Quamvis adamantina catena, quæ materia firmissima est, vinciat. 58 Ut resistat fulmini, iræ & potentiæ Jovis. i. Augusti. 59 Extra periculum ac securum est: *vel*, altius omnibus periculis adeò ut nulli eorum subiectum videatur. 60 Proprio crimine, nostrâ culpâ. 61 Accepta acquisita. 62 Offendit numen in eo suam vim & potestatem, quod me suprà meritum punivit, non quantum mea noxa commeruit. 63 Augusti. 64 Lectores, aut amici. 65 Augustum Diis parem, ne vobis noceat, exemplo aliquo officio conciliasse.

ELEGIA IX.

Si licet, 2 *& pateris*, 3 *nomen*, 4 *facinusque tacebo*,
5 *Et tua* 6 *Lethæis acta dabuntur aquis:*
Nostraque vincetur 7 *lacrymis clementia* 7 *seris:*
Fac modò te pateat 8 *pœnituisse tui:*
Fac modò te damnes, cupiasque 9 *eradere vitæ* 5
10 *Tempora, si possit*, 10 *Tisiphonæa tuæ.*
11 *Sin minùs, & flagrant odio tua pectora* 12 *nostro*,
13 *Induet infelix arma coacta dolor.*
14 *Sim licet extremum, sicut sum, missus in orbem*,
15 *Nostra suas isthinc porriget ira* 16 *manus.* 10

1 Si fas est per te. Inimico minatur Poëta, se in eum scripturum, ni eum pœnituerit inimicitiarum. 2 Et sustines tacere deponendo inimicitias. 3 Tuum, qui me læsisti. 4 Et scelus admissum. 5 Et tua facta, tui in me conatus oblivioni à me tradentur. Est enim *Lethe* oblivionis fluvius inferni. Vide Æn. 6. v. 749. Sic l. 1. El. 7. *Cuncta-ne Lethæis mersa ferantur aquis.* Et l. 3. de Arte: *Nec mea Lethæis scripta dabuntur aquis?* 7 Pœnitentiâ tuâ, quamvis serâ. 8 Pœnituisse ejus, quod in me fecisti, sive consilia & facta tua damnasse, tibique displicuisse. 9 Delere, tegere, occultare, adeoque cavere, ne hoc patefiat, & in memoriâ conserve ur inter homines. 10 Tempora furiosa, sceleste & nocentia, qualia Tisiphone Furiarum una, degit. i fac ut cupias ex vitâ tuâ eradicare. sive penitùs tollere id, quod est Tisiphones proprium. i. invidiam & studium nocendi: *vel* studeas ex vitæ tuæ rebus actis tollere ea, quæ sceleratè aliquando fecisti. 11 Sc. *te damnaveris, & tui pœnituerit.* 12 Quo nos prosequeris. 13 Coactus me defendam ad injuriam propulsandam. 14 Quamvis sim exul. Occupatio est. 15 Non evades manus meas, scripta mea ad te pervenient tamen. 16 Vires, Metaphora.

17 *Omnia*,

17 *Omnia, si nescis, Cæsar mihi,* 17 *jura reliquit,*
Et sola est patriâ pœna carere meâ.
Et patriam, modò sit sospes, speramus ab illo:
Sæpè 18 *Jovis telo quercus adusta* 19 *viret.*
Denique 20 *vindictæ si sit mihi nulla facultas:*
21 *Pierides vires, & sua tela dabunt.*
22 *Ut Scythicis habitem longè summotus in oris,*
23 *Siccaque sint oculis proxima signa meis;*
Nostra per immensus ibunt 24 *præconia gentes,*
Quodque queram, notum, quà patet orbis, erit.
25 *Ibit ad occasum, quicquid dicemus, ab ortu,*
26 *Testis & Hesperiæ vocis Eous erit.*
Trans ego tellurem, trans 27 *altas* 28 *audiar undas,*
Et 29 *gemitus vox est magna futura mei.*
Nec tua te 30 *fontem tantummodò sæcula norint,*
31 *Perpetuæ crimen posteritatis eris.*
Jam feror in pugnas, & nondùm 32 *cornua sumpsi,*
33 *Nec mihi sumendi causa sit ulla, velim.*
Circus adhùc cessat, 34 *spargit tamen acer arenam*
35 *Taurus, & infesto jam pede pulsat humum.*
36 *Hoc quoque quàm volui, plus est:* 37 *cane, Musa, receptus,*
38 *Dùm licet* 39 *huic nomen dissimulare suum.*

17 Quod jus est civi in maledicum & obtrectatorem hoc mihi Cæsar non ademit.
18 Fulmine.
19 Revirescit.
20 Ut te ulciscar.
21 Musæ.
22 Quamvis.
23 Ursa major & minor quæ nunquam occidunt, sint mihi propinquæ, Ut suprà: *Magna minorque fera, quarum regit altera Graios,*

Altera Sidonias, utraque ficta rates. Septentrionem designat. 24 Vox *præcedit* hic in malam partem usurpatur pro criminatione aut infectatione. 25 Penetrabit. Q. d. Quicquid à me de te dicetur, id cum aliis scriptis meis celebrabitur per totum terrarum orbem. 26 Quæ in Hesperiâ, i. occidente proferetur. i. ejus vocis sive querelæ, quæ in occidente proferetur, testis erit oriens i. is, qui in oriente vivit: ut sit ἀντιθεσις ejus, quod præcedit. *Hesperiam* autem, à quo adjectivum *hesperius, a, um,* non tantum pro Italiâ, sed pro totâ occidentali plagâ poni, apud Poetas obvium est. 27 Al. *latas.* 28 Legentur scripta mea. 29 Meæ querelæ & doloris. 30 Nocentem. 31 Eris criminatio seu criminosus perpetuò apud posteros. i. ignominiæ notis inureris, & nobilitaberis ad æternitatem, omnium sæculorum infamiâ. 32 Arma, vires. i. nondum sumpsi calamum & chartam, quibus te petam, ut cornibus taurus feras in arenâ secum depugnantes. 33 Nondùm taurus in Circo, in quo feræ pugnabant, irritatur. Sic alibi: *Tunc pauper* cornua sumit. 34 Tamen ipse taurus paulatim ad pugnam accendit: quibus verbis inimico idem minatur se facere. 35 Ira mea. 36 Pluribus, quàm volebam, minatus sum. 37 Desine scribere, & quasi ingenii vires domum reducere. *Receptus* enim est reductio, vel actio ipsa recipiendi se è pugnâ. Indè dicimus *canere receptui,* cum tubarum aut cornuum cantu significatur militibus, ut à pugnâ in castra redeant. Metaphora à militibus. 38 Priusquam illius nomen edo. 39 Maledico. Pronomen *huic* pendet à verbo *dissimulare,* non à *licet:* vult dicere, Desine à minis, ô Musa, quandiu licet illi maledico nomen suum dissimulare.

ELEGIA X.

1 Lectorem docet, q̃ à patriâ quibus consulibus natus sit: Denique totam suam vitam pa cis exponit. Postremò exilii sui mala commemorat: quorum magnitudinem dicit se Musis consolari, & illis acquiescere. 2 Sc. *sum.* 3 Scriptor. *Ludere* enim scribere est. Virg. Ludere *qua vellem calamo permisit agresti.* 4 Hic significat se scripsisse cùm alia, tùm inprimis libros de Amoribus. 5 Ordo est: *O posteritas, accipe,* i intellige qualis sim, *ut noris, quæ legis.* 6 Oppidum Pelignæ regionis, Italiæ partis, ad mare Adriaticum. 7 Frigidis aquis seu fontibus. Sic 2. Fast. *In medio gelidæ fons erat altus aquæ.* 8 Nonaginta millia passuum. 9 Natus. 10 Insuper, sc. *sum editus.* 11 Morte. 12 Hircuis & Pansa: qui apud Mutinam pugnantes contra Antonium, à Senatu hostem judicatum, interfecti sunt. Eodem anno natus est etiam Tibullus, qui hoc ipso carmine, idem significans, usus est, l. 3. El. 5. *Natalem primo nostrum videre parentes; Cum cecidit fato Consul uterque pari.* 13 *Et ego Ovidius sum factus eques, non modò.* i. nuper *munere fortunæ, si vetus hæres ordinis usque à proavis est aliquid.* Si aliquid dignitatis est esse ex equestri ordine. 15 Quibus verbis significat se à majoribus suis hanc dignitatem, veluti hæreditatem, per manus accepisse. Idem ferè dicit Am. l. 3. El. ult. *Si quid id est, usque deproavis vetus ordinis hæres, non modo militiæ turbine factus eques.* Hoc autem ideò dicit, quia ætate suâ multi erant milites, aliique obscuro loco nati homines, qui à Iulio Cæsare, & ab Augusto, quorum operâ in bello usi erant, eum dignitates gradum acceperant. Modestè se à genere laudat. *Proavus* dicitur avi pater, quasi *prope avum.* 16 Equestris. 17 Divitiis meis quæ sunt bona fortunæ. Qui enim quadringenta sestertia. i. decem millia coronatorum possidebant, equestri dignitate donabantur. Ostendit ergo Ovidius se ad Equestri familiâ oriundum, Equitem quoque esse, cùm censum equestrem possideat. 18 Primus filius. 19 Ante me nato. 20 Quater tribus mensibus antè. i. duodecim mensibus. i. anno ante me. 21 Dies. 22 Idem dies natalis mihi ipsique celebratus est. 23 Per duos natalitios dies. Solebant enim, diebus natalitiis, liba Diis offerre. 24 Dies. 25 De quinquatribus. Superius annum, quo natus est, notavit: nunc vero mensem & diem, sc. secundo *Quinquatriorum.* i. festorem Minervæ die. i. 20. die Martii. Nam prima dies (ut scribit in 3. Fast.) vacabat sanguine. i. non exhibebantur in ea gladiatores, quod fiebat reliquis diebus quatuor: & hic dicitur, quòd sit natus ea *Quinquatrum* die, *qua prima solet fieri cruenta.*

[*Lle* 2 *ego qui fueram tenerorum* 3 *lusor* 4 *amatorum,*
5 *Quem legis, ut noris, accipe posteritas,*
Sulmo mihi patria est; 7 *gelidis uberrimus undis,*
8 *Millia qui novies distat ab Urbe decem.*
9 *Editus hinc ego sum:* 10 *nec non, ut tempora noris,*
Cùm cecidit 11 *fato* 13 *Consul uterque pari,*
Si 14 *quid id est,* 15 *usque à proavis vetus* 16 *ordinis hæres,*
Non modò 17 *fortunæ munere factus eques.*
Nec 18 *stirps prima fui:* 19 *genito sum fratre creatus,*
Qui 20 *tribus ante quater mensibus ortus erat.*
21 *Lucifer amborum natalibus adfuit idem:*
22 *Una celebrata est* 23 *per duo Liba dies.*
24 *Hæc est* 25 *armiferæ festis de quinquè Minervæ,*

Quæ

Quæ fieri pugnâ prima cruenta ſolet.
26 *Protinùs* 27 *excolimur teneri, curaque parentis*
Imus 28 *ad inſignes urbis ab arte viros.*
29 *Frater ad eloquium viridi tendebat ab ævo,*
30 *Fortia* 31 *verboſi natus* 31 *ad arma fori.*
At mihi jam puero 32 *cœleſtia ſacra placebant,*
Inque ſuum 33 *furtim Muſa trahebat opus.*
Sæpè pater dixit: ſtudium quid 34 *inutile tentas?*
35 *Mæonides nullas ipſe reliquit opes.*
Motus eram dictis: 36 *totoque Helicone relicto,*
Scribere conabar 37 *verba ſoluta* 38 *modis.*
Sponte ſuâ carmen 39 *numeros veniebat ad aptos.*
Et, quod tentabam ſcribere, verſus erat.
Interea tacito paſſu labentibus annis,
40 *Liberior fratri ſumpta mihique* 40 *toga eſt.*

pugnâ, i. in quâ primò gladiatores exhibebantur. Dicta ſunt *Quinquatria* à quinquatro die, quòd poſt diem quintum celebrentur: ut *Triatrus*, *Senatrus*, &c. ſimilia. Primus enim dies *Quinquatruum* quintus poſt Idus

invenitur. Alii à quinque dierum numero dici putant, quòd Pallas à Romanis hoc tempore non uno tantùm die colebatur, ſed quinque conjunctis. *Armigera* dicit, quia Minerva pingebatur capite galeam gerens, manu dextera clypeum, ſiniſtrâ verò lanceam. Atque ita è Jovis cerebro natam fabulis traditum eſt. 26 Sequiter de ſtudiis & ipſius & fratris, quod ambo ſint exculti artibus puerilibus. 27 Ornamur, inſtituimur, exercemur in puerilibus ſtudiis, & Grammaticâ in patriâ. 28 Ad viros, qui artibus quibuſcunque docendis inſignes ac celebres Romæ tum fuêre. Ut ſic dictum *inſignes ab arte*, perindè ut *potens à pecuniâ*, *firmus ab equitatu*, *felix à laude*. 29 Frater meus ab adoleſcent à conferebat ſe ad eloquentiæ ſtudium. 30 Ad magnas diſceptationes cauſarum judicialium. i. præclaras cauſidicus. *Fortia* vocat, propter ſummam eloquentiæ vim, quæ animos, quò vult, adducit, & undè vult, deducit. 31 Reſpicit ad quoſdam garrulos cauſidicos, qui inani verborum profluentia eloquentiam imitantur. Sic ſuprà l. 3. El. 12. *Cedant* verboſi *garrula turba* fori. 32 Poëſis. 33 Clam: quia pater fieri me Poëtam nolebat: itaque eo inſcio factitabam verſiculos. 34 Quod nullam adfert utilitatem ſive lucrum, nullas divitias. Sic de Pont. El. 6. *Sic ego conſtanter* ſtudium non utile *ſervo*. 35 Homerus. Argumentum à majori. Sunt autem hæc patris verba, Poëtas fuiſſe pauperes inductione probantis. Clau. *Sed non Virgilius. ſed non accuſat Homerus, Neuter enim Quæſtor, pauper uterque fuit.* 36 Relicta Poëſi. *Helicon* mons ſacer Muſis. 37 Proſaïcam orationem. 38 Pedibus. 39 Ad rythmos carmini convenientes. 40 Toga virilis, quam nobiles adoleſcentes apud Romanos ſumebant in feſto Libri patris, quæ idcircò *Liberalia* vocabantur, depoſita prætexta. Erant autem *Liberalia* 16. Cal. Aprilis: cujus nominis varias Etymologias refert Faſt. 3. ubi ita eſt: *Reſtat ut inveniam quare toga libera detur*, &c. Ea ad calceos uſque demittebatur, ſicut à Græcis pallium. *Toga prætexta*, (quæ & *Puerilis* dicebatur) à *prætexendo* dicitur, quia ei purpura prætexta erat. i. quia purpuram in ora habebat. Hac utebantur pueri uſque ad annum decimum ſeptimum: deinde *Virilem togam* ſumebant, quaſi vita viriliter, poſteà eſſet peragenda. *Liberiorem* autem *togam* appellat quia qui eam induiſſent non amplius erant ſub prædagogorum cura, ſed liberiùs vivendi erat poteſtas. *Toga* à *tegendo* corpore (ut ait Varro) appellata eſt. fuit amictus exterior. Superim ponebatur autem tunicæ. *Tunica* enim veſtis fuit apud Romanos interior, & primò ſine manicis, deinde manicata fuit: à *tuendo* corpore dicta.

In-

Induiturque humeros 41 *cum lato purpura clavo,*
Et 42 *studium nobis, quod fuit antè, manet.*
Famque 43 *decem vitæ frater geminaverat annos,*
Cùm perit: & cœpi 44 *parte carere* 44 *mei.*
Cepimus & teneræ 45 *primos ætatis honores,*
46 *Deque viris quondam pars tribus una fui.*
Curia 47 *restabat:* 48 *clavi mensura coacta est:*
Majus erat nostris viribus illud onus.
Nec patiens corpus, nec mens fuit apta 49 *labori,*
50 *Sollicitæque fugax ambitionis eram:*
51 *Et petere* 52 *Aoniæ suadebant* 53 *tuta* 54 *sorores*
55 *Otia, judicio semper amata meo.*
Temporis illius colui fovique Poëtas,
Quotque aderant 55 *vates, rebar adesse Deos.*
56 *Sæpè suas volucres legit mihi grandior ævo,*
Quæque nocet serpens quæ juvat herba, 57 *Macer.*
Sæpè suos solitus recitare Propertius 58 *ignes,*
59 *Jure sodalitii qui mihi junctus erat.*
60 *Ponticus* 61 *Heroo* 62 *Bassus quoque clarus iambo,*
63 *Dulcia convictus membra fuêre mei.*
Detinuit nostros 64 *numerosus Horatius aures,*
65 *Dum ferit Ausoniâ carmina culta lyrâ.*
Virgilium vidi 66 *tantùm nec* 67 *avara Tibullo*

41 Latoclavo utebantur & nobiliores & Senatores, qui ab ea *Laticlavi* appellabantur. Mart. *Dum te posse negas, nisi* lato, *Gellia,* clavo *Nubere, nupsti, Gellia, cistifero.* Est autem appellatus *latus clavus* à textura, velut quibusdam clavis distinctus. Hic ergo Poëta designat, statim post sumptam virilem togam, etiam clavi dignitatem consecutam, veluti spem quandam Senatorii ordinis, sed postea cum videret se ei honori, vel, ut ipse ait, honori imparem esse, eandem deposuisse. 42 Mihi Poëtis: fratri eloquentiæ studium. 43 Viginti annos natus erat. 44 Fratre ipso. Frater enim, cùm ferè alter sit, jure *pars* fratris appellatur. 45 Magistratus, qui primò adolescentibus dabantur, ut ædilitas, quæstura, triumviratus, cæterique qui minores dicebantur. 46 De tribus viris capitalibus, qui Romæ ereabantur. i. qui carceris custodiam habebant, ut, cùm animadverti oporteret, id eorum interventu fieret. Triumvirum ergo se fuisse innuit. 47 Ut Senator fierem. 48 Latitudo vestis senatoriæ. i. senatoriæ dignitatis coarctata & quasi accisa & restricta est, neque respondit hujus vestis amplitudini, quod vidissem onus illud supra vires meas esse. 49 Molestiis. 50 Et fugabam ambitionem, quæ reddit hominem sollicitum. 51 Redit jam ad sua studia per antitheton ad præcedentia. 52 Mulæ sic dictæ ab *Agne* fonte Beotiæ illis sacro. 53 Tranquillitatem. 54 Poëta. 55 Tanquam numina eos venerabar. Veteres, quos eximia laude dignos censebant. Deos ac Diis genitos appellabant. 56 Enumerat insignes sui temporis Poëtas. 57 Æmilius Macer, qui de avibus serpentibus & herbis carmine scripsit. 58 Amores, quos carmine decantavit. 59 Qui mihi sodalis erit. 60 Poëta, qui Thebanum bellum carmine scripsit. Vide Propert. l. 1. El. 6. 61 Hexametro carmine. 62 Vulgo *Bassus* nominatur: de quo Propertius. 63 Convictores mei fuerunt. 64 Fluens, propter tot carminum quibus usus est, genera. Natus est ante Ovidium annis 22. 65 Dùm pariter sonat lyra, & cantat carmina. i. dùm Lyrica carmina scribit. 66 Solùm. 67 Quia celerius Tibullum rapuerunt, quàm fas erat: admodùm enim juvenis periit.

Tem-

Tempus amicitiæ 68 *fata* 69 *dedêre meæ.*
Successor fuit 70 *hic tibi Galle,* 71 *Propertius illi :*
Quartus 72 *ab his serie temporis ipse fui*
Usque 73 *ego* 74 *majores, sic me coluêre* 75 *minores:*
76 *Notaque non tardè facta Thalia mea est*
77 *Carmina cùm primùm populo* 77 *juvenilia legi,*
78 *Barba resecta mihi bis-ve semel-ve fuit.*
79 *Moverat ingenium totam cantata per Urbem*
80 *Nomine non verò dicta* 81 *Corinna mihi.*
Multa quidem scripsi, sed quæ vitiosa putavi,
82 *Emendaturis ignibus ipse dedi.*
Tum quoque, cùm 83 *fugerem, quædam placitura cremavi,*
Iratus studio carminibusque meis.
84 *Molle, Cupidineis* 85 *nec inexpugnabile telis*
Cor mihi, quodque levis causa moveret, erat.
Cùm tamen 86 *hic essem, minimoque accenderer igne,*
87 *Nomine sub nostro fabula nulla fuit.*
88 *Pænè mihi puero, nec digna, nec utilis uxor*
Est data, quæ 89 *tempus per breve nupta fuit,*
90 *Illi successit, quamvis sine crimine conjux,*
Non tamen in nostro firma futura 91 *toro.*
92 *Ultima, quæ mecum* 93 *seros permansit in annos,*
Sustinuit conjux exulis esse viri.
94 *Filia bis primâ mea me* 95 *fœcunda juventâ,*
Sed non ex 96 *uno conjuge fecit avum.*
Et jam complerat 97 *genitor sua* 98 *fata,* 99 *novemque*

68 Mors, aut Deorum voluntates.
69 Quia periit me puero aut antequam possem eum videre. Cùm enim Romam rediisset, defunctus est. Undè exstat Ovidii de ejus morte Elegia. l. 3. El. 9.
70 Tibullus.
71 Successit Tibullo.
72 Post hos.
73 Colui.
74 Natu.
75 Posteriores.
76 Et mea carmina, quorum Thalia, una Musarum, causa est, sunt facta omnibus cognita, & citò in nominum ora pervenerunt, non serò. sed statim, me juvene. 77 Carmina amatoria arma jam juvene edita. i. libros de Arte amandi & de Amoribus. 78 Vix barbam habebam. 79 Excitaverat. Amor enim, ut docet Plato, Poëta est adeò sapiens, ut alios quoque Poëtas possit efficere. Sic etiam Propert. *Ingenium nobis ipsa puella facit.* 80 Corinnæ duæ fuerunt: Altera Thebana, quæ scripsit Epigrammata, & Lyrica poëmata: quæ à quibusdam Corinthia dicitur. 81 Amica Ovidii. 82 Purgaturis combustione. 83 In exilium proficiscerer. Virg. Ecl. *Nos patriam* fugimus. 84 Amori pervium. Sic de Pont. l. 1. El. 4. *Confiteor misero* molle *cor esse mihi.* 85 Et expugnabile. i. quod expugnari, & facilè vinci potest amore. 86 Talis, ut cor meum molle esset. 87 Nulla unquam de me infamia, fabulæ instat narrata est. 88 Vix puertitiam egressso, sc. anno circiter 15. cùm primam uxorem ducerem. Tres uxores subinde duxit. Cum duabus prioribus fecit divortium, cum tertia diu vixit quæ exulem non erubuit. 89 Facto divortio. 90 Superiori uxori. 91 Conjugio. 92 Tertia. 93 Ad seniles annos. 94 Perilla. 95 Bis gravida i. bis peperit. 96 Uno marito: duos enim habuit. 97 Pater meus jam mortuus erat. 98 Tempus quod à fatis constitutum erat. 99 Et ad nonagesimum annum pervenerat.

Addi-

Addiderat [1] *lustris altera lustra novem :*
Non aliter [2] *flevi, quàm me fleturus* [3] *adeptum*
Ille fuit : 4 matris proxima busta tuli.
Felices, 5 ambo, 6 tempestiveque sepulti,
Ante diem 7 pœnæ quòd periêre meæ !
Me quoque felicem, quòd non viventibus illis
Sum miser, & de quòd doluêre nihil !
8 Si tamen extinctis aliquid, nisi nomina, restat,
9 Et gracilis [10] *structos effugit umbra rogos,*
Fama [11] *parentales si vos mea contigit umbræ,*
12 Et sunt in stigio crimina nostra foro,
Scite precor [13] *causam (nec vos mihi fallere fas est)*
Errorem jussæ non scelus esse fugæ.
[14] *Manibus hoc satis est : ad vos* [15] *studiosa revertor*
Pectora, quæ vitæ quæritis acta meæ.
Jam mihi canities, pulsis [16] *melioribus annis,*
Venerat, [17] *antiquas miscueratque comas.*
Postque [18] *meos ortus* [19] *Pisæâ vinctus olivâ,*
[20] *Abstulerat decies præmia* [21] *victor eques :*
Cùm maris Euxini positos [22] *ad læva Tomitas,*
Quærere me [23] *læsi principis ira jubet.*
Causa meæ cunctis nimiùm quoque nota [24] *ruinæ,*
Indicio non est [25] *testificanda meo.*
[26] *Quid referam* [27] *comitumque nefas ? famulosque nocentes ?*

1 Per *lustrum* prisci illi Romani tempus designabant : postea vero per Consules.
2 Mortuum.
patrem ploravi.
3 Mortuum.
4 Post patrem etiam matrem extuli. *Busta* est cadaver jam crematum.
5 Utrique parens.
6 Opportuno tempore.
7 Exilii mei. 8 Si tamen aliquid restat mortuis hominibus, præter nomen. i. si quis sensus post hanc vitam, animæ hominum immortales sunt. 9 Tenuis sive incorporea anima hominis. 10 Ignem paratum. i. & si anima cum corpore non crematur. 11 O animæ, parentum meorum, si vos me exulem scitis. 12 Et si scelera mea cognoscuntur. i. si accusor à judicibus inferni, qui sunt Minos, Æacus, Rhadamanthus : hi enim de criminibus eo venientium cognoscunt. 13 Exilii mei originem. 14 Parentum meorum umbris, quas hactenus allocutus sum. 15 Studiosi Lectores. Post digressiunculam ad parentes defunctos, redit ad narrationem pertexendam de vitâ sua. 16 Firmioribus & junioribus. De teriores enim sunt anni senectutis, quia multa senem circumveniunt incommoda. 17 Et nigris albos capillos inserserat. 18 Meam nativitatem. 19 Qua apud Pisas coronabantur victores in Olympico certamine, quod fuit celeberrimum spectaculum totius Græciæ. 20 Cùm in exilium missus sum, natus eram annos quinquaginta. Nam per *decem præmia* intelligit decem Olympiadas. i. annos quinquaginta. Ludi enim Olympici celebrabantur quinquoque anno in Jovis Olympici honorem : idque tempus *Olympias* Græcis, Latinis *lustrum* appellabatur. Fuit autem *Olympia* lucus oleastro vestitus juxta flumen Alpheum, in agro Pisano, in quo studium erat, ubi fuit templum Jovi Olympio dicatum. Ante illud Olympiaca certamina agebantur, magnâ totius Græciæ celebritate. Ea Hercules instituit, primusque palmam reportavit. 21 Olympionices. i. qui Olympia vicerat. 22 Ad finistram partem ingredientibus. 23 Offensi Augusti. 24 Exilii mei. 25 Declaranda. i. tacebo. 26 Hic relegationis etiam incommoda commemorat. 27 Quos ei Augustus attribuerat, à quibus custodiebatur & deducebatur.

Ipſeque 28 *multa tuli non leviora* 29 *fugâ.*
Indignata malis mens eſt ſuccumbere, ſeque
Præſtitit invictam viribus uſa ſuis:
Oblituſque 31 *mei, ductæque per otia vitæ,*
32 *Inſolitâ cepi temporis arma manu:*
Totque tuli terrâ 34 *caſus pelagoque, tot inter*
36 *Occultum ſtellæ* 37 *conſpicuumque polum,*
Tacta mihi tandem 38 *longis erroribus acto,*
Junctа 39 *pharetratis* 40 *Sarmatis ora Getis.*
Hic ego, 41 *finitimis quamvis circumſonor armis,*
Triſtia, 42 *quo poſſum, carmine,* 43 *fata levo.*
Quod quamvis nemo eſt, 44 *cujus referatur ad aures,*
Sic tamen abſumo 45 *decipioque diem.*
Ergo quòd vivo, duriſque laboribus 46 *obſto,*
Nec me 47 *ſollicitæ tædia* 47 *lucis habent,*
48 *Gratia Muſa, tibi: nam tu ſolatia præbes,*
Tu curæ 50 *requies, tu medicina mali:*
Tu dux & comes es: tu 51 *nos abducis ab Iſtro,*
52 *In mediique mihi das* 52 *Helicone locum.*
Tu mihi, 53 *quod rarum eſt, vivo* 54 *ſublime dediſti*
Nomen, 55 *ab exequiis quod dare fama ſolet.*
Nec, 56 *quidetrectat præſentia livor,* 57 *iniquo*
Ullum de noſtris 57 *dente momordit opus.*
Nam tulerint magnos cùm ſecula noſtra Poëtas,
Non fuit ingenio Fama 58 *maligna mea:*
Cùmque ego 59 *præponam multos mihi, non minor ille*

28 Multa mala paſſus ſum dum Tomon proficiſcor.
29 Exilio.
30 Mens noluit vinci malis.
31 Priſtinæ meæ tranquillitatis naturæque meæ tenerioris, & vitæ per tranquillitatem & quietem tranſactæ.
32 Quia contrà adverſa pugnare nunquam didici aut aſſuevi.
33 Tolerantiam & animi fortitudinem.
34 Infortunia mala. Sic l. 1. El. 4. *Scire meos caſus ſi quis deſiderat omnes.* 35 Sic loco citato: *Tot mala ſum paſſus, quod in æthere ſidera lucent, Parvaque, quod ſiccus corpora pulvis habet.* Vide & l. 4. El. 1. l. 5. El. 1. & 2. de Pont. l. 2. El. 7. l. 4. El. 15. 36 Auſtralem. 37 Septentrionalem. Virg. *Hic vertex nobis ſemper ſublimis, an illum Sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi.* 38 Poſtquam diu jactatus fuerim. 39 Sagittiferis. 40 Regio Sarmatica ſive ora Sarmatiæ. 41 Licet in medio bello ſim. 42 Carmina triſtia componendo. 43 Exilium imminuo, leve facio. 44 Cui recitentur carmina mea. 45 Otium & tempus fallo. 46 Refiſſo meâ patientiâ. 47 Vitæ quæ me ſollicitum & anxium reddit. 48 Sc. *refertur.* 49 Poëſis. 50 Levamen. 51 Cogitationes meas removes à Tomitana urbe, Iſtro flumini finitimo. 52 In loco Muſis ſacro & amœniſſimo. 53 Quod rarò accidit, ut viventes famam conſequantur. 54 Præclarum nomen. Sic de Pont. l. 4. El. 16. *Famaque poſt cineres major venit, & mihi nomen Tunc quoque, cùm vivis annumerarer, erat.* 55 Poſt mortem. Sic Propert. l. 3. El. 1. *Omnia poſt obitum fingit majora vetuſtas: Majus ab exequiis nomen in ora venit.* 56 Invidia quæ lacerat viventium opera. 57 Obtrectatione injuſta, i. mea ſcripta nullum obtrectatorem paſſa ſunt. 58 Invida: cui opponitur *benigna.* Priore illo modo in Ep. ad Hel. *Credis & hoc nobis? minor eſt tua gloria vero, Famaque de formâ pæne maligna tuâ eſt.* 59 Melio es me æſtimem Cornelium Gallum, Tibullum, Propertium.

Dicar,

Dicer, & in toto 60 *plurimus orbe legor.*
Si quid habent igitur 61 *vatum præſagia* 62 *veri,*
Prò tinùs ut moriar, 63 *non ero terra tuus.* 130
Sive 64 *favore tuli, ſive hanc ego carmine famam:*
65 Jure tibi grates, candide lector, ago.

60 Diligentiſſimè, aſſidue. 61 Poëtarum prædictiones. 62 Veritatis. 63 Non ſepeliar totus, aut oblivioni tradar, & ignotus ero: ſed mea fama ſupra terras ſeſe attolet, fiamque immortalis. 64 Lectoris. 65 Quod illam mihi dederis. 66 Sincerè.

P. OVIDII NASONIS
TRISTIUM
LIBER QUINTUS.

ELEGIA I.

HUnc quoque 2 *de Getico,* 3 *noſtri ſtudioſe, libellum*
Littore, 4 *præmiſſis quatuor adde meis.*
Hic quoque talis erit, 5 *qualis fortuna Poëtæ:*
Invenies toto carmine 6 *dulce nihil.*
Flebilis ut noſter ſtatus eſt, ita flebile carmen, 5
7 Materiâ ſcripto conveniente ſuo.
8 Integer & lætus, 9 *læta & juvenilia luſi,*
Illa tamen nunc me compoſuiſſe piget.
10 Ut cecidi, 11 *perago ſubitii præconia caſus,*
Sumque 12 *argumenti* 13 *conditor ipſe mei.* 10
Utque jacens 14 *ripâ deflere* 15 *Cayſtrius ales*
Dicitur 16 *ore ſuam deficiente necem:*

1 Mittens Romam è Scythia hunc ultimum librum Ovidius ſui ſtudioſos monet, ut quatuor prioribus libris, illinc quoque ab eo miſſis hunc etiam addant. Excuſatque ſe non potuiſſe materiam aliam, quam triſtem, ſuiſque rebus miſeris & perditis convenientem ſumere. Quòd ſi in patriam revocetur, ſcripturum ſe jocoſa & læta profitetur. Simulque veniam petit, ſi quid triſte erit, quod Lectorem offendat. 2 De littore Tomitanæ urbis, quæ littori Getico adjacebat. 3 Librorum noſtrorum. 4 Quatuor prioribus meis libellis de Triſtibus, anteà Romam miſſis. 5 Infelix. 6 Nihil ſuave & jucundum, ſed amarum & triſte. 7 Materia Poëtæ, quæ eſt triſtis. 8 Non exul. 9 Amatoria. i. libros de Arte amandi. 10 Poſtquam relegatus ſui. 11 Sum præco & ſcribo ſubitam relegationem. 12 Materiæ de me ipſo. i. ipſe mihi materiam ad ſcribendum ſuppedito, ipſe de me ſcribo. 13 Autor, inventor. 14 In ripâ. 15 Olor ſive Cygnus ad Cayſtrum, Lydiæ fluvium, pervolans. 16 Spiritu vel corpore deficiente. i. moriente. Cygni enim morientes flebiliter canere dicuntur. Mart. *Dulcia defectâ modulatur carmina, linguâ, Cantator cygnus funeris ipſe ſui.*

Sic

Sic ego Sarmaticas longè [17] *projectus in oras,*
Efficio [18] *tacitum ne mihi funus eat.*
Delicias si quis laſcivaque carmina [19] *quærit,*
Præmoneo, nunquam ſcripta [20] *quòd iſta legat.*
Aptior [21] *huic* [22] *Gallus, blandique* [22] *Propertius ori,*
Et plures, [23] *quorum nomina magna vigent.*
Atque utinam [24] *numero non eſſemus in illo,*
Hei mihi! cur unquam Muſa locuta mea eſt!
Sed dedimus pœnas, Scythicique [25] *in finibus Iſtri*
[26] *Ille* [27] *pharetrati* [26] *luſor Amoris abeſt.*
Quod ſupereſt, [28] *ſocios ad publica carmina flexi,*
Et memores juſſi nominis eſſe mei.
Si tamen ex vobis aliquis tam multa requiret,
Undè [29] *dolenda canam,* [30] *multa dolenda tuli.*
Non hæc ingenio, non hæc componimus arte:
[31] *Materia eſt propriis ingenioſa malis.*
Et [32] *quota fortunæ pars eſt in carmine noſtræ?*
Felix, [33] *qui patitur, quæ numerare poteſt!*
Quot frutices ſylvæ, quot flavæ Tybris arenæ,
Mollia quot [34] *Martis* [35] *gramina campus habet:*
Tot mala pertulimus: quorum medicina quieſque
Nulla, niſi in [36] *ſtudio eſt,* [37] *Pieridumque manu.*
Quis tibi, Naſo, [38] *modus lacrymoſi carminis? inquis:*
[39] *Idem,* [40] *fortunæ qui modus hujus erit.*
Quod queror, [41] *illa mihi pleno de fonte miniſtrat:*
[42] *Nec mea ſunt, fati verba ſed ipſa mei.*
At mihi ſi cari patriam cum conjuge reddas;
Sint vultus hilares, [43] *ſimque quod antè fui.*
Lenior invicti ſi ſit mihi Cæſaris ira;
Carmina lætitiæ jam tibi plena dabo.

17 Fugatus.
18 Ne relegatio mea à me ſilentio præteretur. i. ne tacens moriar.
19 Legere vult.
20 Ut.
21 Potenti laſciva.
22 Qui jocoſa & amatoria ſcripſêre.
23 Qui ſermone omnium celebrantur, & manibus feruntur.
24 In numero illorum, qui jocoſa & amatoria ſcripſêre.
25 Prope Iſtrum.
26 Ille ſcriptor. i. ego Ovidius. Ironicè. Q. d. egregiam verò mercedem refero ab Amore in cujus gratiam multa luſi. Pænè toto orbe excluſus ſum. 27 Cupidinis pharetram ſive arcum & ſagittas gerentis. 28 Quando igitur aliud mihi haberem ſaltem quod ſcriberem, flexi amicos ad legendos hos verſus meos de Triſtibus, quos amicis publicè legendos mitto, quibus illos, ut memores eſſent mei, rogarem. 29 Triſtia. 30 Qui multa etiam triſtia pertuli. 31 Propria mala dant mihi materiam. 32 Rara vel nulla pars noſtri infortunii eſt in carmine. i. pauca ſcripſimus eorum quæ paſſi ſumus. 33 Qui parva patitur. 34 Campus Martius. 35 Quæ revera innumerabilia ſunt. 36 Poëtico. 37 Et Muſarum cultu. 38 Finis. 39 Deſinam lachrymoſa ſcribere, cùm deſinet cauſa lachrymarum mearum. 40 Exilii. 41 Fortuna mea abundè mihi ſuppeditat. 42 Nec verba mea iſta ſunt, ſed fortuna mea eſt, quæ queritur & loquitur hæc verba mei infortunii, non ego. 43 Id eſt, lætus.

Non tamen 44 *ut lusit, rursus mea littera ludet :*
Sit semel illa joco luxuriata meo.
45 *Quod probet ipse canam;* 46 *pœnæ modò parte levatâ,* 45
Barbariam, frigidos effugiamque Getas.
Interea nostri quid agant, nisi triste, libelli ?
47 *Tibia funeribus convenit ista meis.*
At poteras, inquis, 48 *melius mala ferre silendo,*
Et tacitus casus dissimulare tuos 50
49 *Exigis ut nulli gemitus tormenta sequantur,*
Acceptoque gravi vulnere flere vetas.
Ipse 50 *Perilleo Phalaris permisit* 50 *in ære :*
Edere mugitus, & bovis ore queri. (55
Cùm Priami lacrymis 51 *offensus non sit Achilles;*
Tu 52 *fletus inhibes, durior* 53 *hoste meos ?*
54 *Cùm faceret* 55 *Nioben orbam Latonia proles;*
Non tamen & 56 *siccas jussit habere genas.*
Est aliquid, 57 *fatale malum per verba levare :*
58 *Hoc querulam Progne,* 59 *Halcyonenque fa-*
cit. 60
Hoc erat in gelido quare 60 *Pæantius antro*

44 Ut olim scripsit versus amatorios. Intelligit autem tres libros de Arte amandi. 45 Quod ipse Cæsar laude. 46 Non toto exilio, sed loco mutato. 47 Iste sonus funestus, i. hoc triste scribendi genus. Solebant autem Majores funera ad tibiam efferre. 48 Moderatiùs. 49 Petis, ut, qui torquetur, non gemat : quod impossibile esse colligit. 50 In Perilli æneo tauro. Vide supra l. 3. El. 11. 51 Non sit læsus : imò ejus lacrymis victus, illico Hectorem reddidit. Vide Homer. Il. 24. 52 Vetas me flere? Argumentum à Majori ad Minus. 53 Achille Priami hoste. 54 Cùm Apollo & Diana, Latonæ filii, Nioben liberis privarent. 55 *Niobe* Tantali filia fuit, soror Pelopis, & Amphionis uxor, quæ septem filios & totidem filias peperit, summo decore præstantes. Tali prole superbiens admodùm gloriabatur, se Latonæ præferens numero filiorum : Itaque irata Latona, Apollini, ut Niobes filios, Dianæ, ut filias arcu interficerent, mandavit. Quibus matri obtemperantibus, contigit illam eodem tempore & abundare filiis & carere. Vide Met. 6. Fab. 1. 56 Non made factas lacrymis. i. non tamen vetuit flere. 57 Inevitabile malum per questus & lamentationes imminuere. 58 Hæc causa facit, ut Progne querulo cantu dolorem levet : quæ fuit filia Pandionis, Athenienſium Regis, & soror Philomelæ, uxor Terei. Thracum Regis : qui cùm Philomelæ, alteri Pandionis filiæ, sub prætextu visendæ sororis, à patre abductæ, vim intulisset, vitiatæque linguam abscidisset, tam imporenter id tulit Progne, ut Ityn communem filium dilacerarit, patrique epulandum appoſuerit. Quâ re tandem cognitâ, Tereus, furore correptus, gladium stringit, uxoremque jam occisurus in hirundinem videt conversam. Nota est fabula ex Ovid. Met. 6. Fab. 6. 59 Ceyx Luciferi filius, uxorem habuit Halcyonem, à quâ cum prohibitus isset ad consulendum Apollinem super statu regni sui naufragio periit. Cujus corpus cùm ad uxorem Halcyonem delatum fuisset illa se in mare præcipitavit. Postea Thetidis & Luciferi commiseratione conversi sunt ambo in aves marinas, quæ *Halcyones* vocantur. Fabulam narrat Ovid. Met. 11. Fab. 10. 60 Philoctetes Pœantis filius : qui cùm à Græcis ad bellum Trojanum duceretur, quod Herculis sepulchrum Græcis contra jusjurandum ostendisset, sagittâ immedicabili vulnere sauciatus est : cujus fœtor cùm à Græcis sustineri non posset, in Lemno relictus est. Vide Met. 13. Fab. 1. v. 45. & Cic. 2. de Finibus.

61 *Voce*

61 *Voce fatigaret* 62 *Lemnia saxa suâ.*
63 *Strangulat* 64 *inclusus dolor, atque cor æstuat iniùs,*
65 Cogitur & vires 66 *multiplicare suas.*
67 *Da veniam potiùs,* 68 *vel totos tolle libellos:* 65
69 Si mihi quod prodest, 70 *hoc tibi, lector,* 71 *obest.*
Sed nec obesse potest ulli, nec scripta fuerunt
Nostra, nisi 72 *auctori pernicioſa suo.*
73 *At* 74 *mala sunt, fateor:* 75 *quis te mala sumere cogit?*
Aut quis 76 *deceptum* 77 *ponere sumpta vetat?* 70
Ipse nec 78 *emendo: sed, ut* 79 *hic deducta leganiur,*
80 Non sunt illa suo barbariora loco.
Nec me Roma suis debet 81 *conferre Poëtis:*
Inter Sauromatas ingenioſus ero.
Denique 82 *nulla mihi captatur gloria,* 83 *quæqu* 75
Ingenio stimulos subdere fama solet.
84 *Nolumus assiduis animum* 85 *tabescere curis:*
86 Quæ tamen irrumpunt, 87 *quoque vetantur, eunt.*
88 *Cur scribam, docui: cur* 89 *mittam, quæritis.*
90 istos?
Vobiscum cupio 91 *quolibet esse modo.* 80

51 Suis queſtibus & lamentis.
62 Inſulam Lemnum, Vulcano dicatam.
63 Suffocat hominem.
64 Compreſſus.
nulli notus.
65 Ipſe dolor.
66 Augere, Dolor enim facit homines eloquentes.
67 Potiùs mihi triſtia ſcribenti ignoſcas hanc ob cauſam, quàm damnes.
68 Vel remove, nec lege hæc de Triſtibus volumina. 69 Si quod mihi conducit. i. triſtia ſcribere, & fletu dolorem levare. 70 Triſtia ſcribere. 71 Nocet. 72 Mihi Ovidio, qui pœnas ſero propter ſcripta amatoria. 73 Negavit hæc ſcripta ulli obeſſe: hic objectioni reſpondens, ea mala quidem eſſe profitetur, ſed neminem ad eorum lectionem cogi, quòd à ſe non emendentur. 74 Non ſunt culta. 75 Reſponſio. 76 Quòd crediderit ea eſſe bona, cùm mala ſint. 77 Deponere, removere. 78 Corrigo hæc. 79 In Scythiâ apud barbaros compoſita. Al. *hinc.* i. è Scythiâ Romam miſſa. 80 Non tamen ſunt indigna lectu pro loci ratione. 81 Comparare. 82 Non ſcribo hæc gloriæ comparandæ gratiâ. 83 Ordo eſt: *Et nulla fama captatur mihi, quæ ſolet ſubdere ſtimulos ingenio.* i. ingenium ſtimulare ſive excitare Undè l. 4. de Pont. El. 2. *Excitat auditor ſtudium, laudataque virtus Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.* 84 Scribo, ne verſer in aſſiduis curis cogitando mala quibus conficior. Aliam rationem reddit, cur ſcribat. 85 Augi, conſumi. 86 Quamvis coner ſcribendo curas levare, tamen uſque recurrunt, meque invito mihi obrepunt. 87 Et me adeunt, cum id fieri nollem. 88 Rationem reddidi, cur triſtia componam. 89 Ad vos. 90 Libellos. 91 Verſibus, ſcriptis; quandoquidem non licet corpore.

ELEGIA II.

1 Ad uxorem scribens Poëta, dicit se corpore benè valere, quamvis mente langueat. Ostenditque dolorem suum eundem esse, qui primò fuit, cùm relegatus est ab Augusto. Postèa commemorat ejus incommoda, quibus finè fine conficitur: fateturque se posse eis carere, si salutis suæ esset curiosa: siquidem levis est exilii causa, & magna Cæsaris clementia: quem ut adeat, ac pro marito roget, hortatur.

Cquid ut è Ponto nova venit Epistola, palles?
Et tibi sollicitâ solvitur illa manu?
Pone metum, valeo: corpusque, quod anìè laborum
Impatiens nobis, invalidumque fuit,
Sufficit, atque ipso vexatum induruit usu:
An magis infirmo non vacat esse mihi?
Mens tamen ægra jacet, nec tempore robora sumpsit,
Affectusque animi, qui fuit anìè, manet.
Quæque morâ, spatioque suo coitura putavi
Vulnera, non aliter, quàm modò facta, dolent.
Scilicet exiguis prodest annosa vetustas:
Grandibus accedunt tempore damna malis.
Pænè decem totis aluit Pæantius annis
Pestiferum tumido vulnus ab angue datum:
Telephus æternâ consumptum tabe periisset,
Si non, quæ nocuit, dextra tulisset opem.
Et mea, si facinus nullum commisimus, opto:
Vulnera qui fecit, facta levare velit:
Contentusque mei jam tandem parte doleris,
Exiguum pleno de mare demat aquæ.
Detrahet ut multum, multum restabit acerbi:

1 Quid ut è Ponto nova venit Epistola, 2 palles? Et tibi 4 sollicitâ 5 solvitur illa 4 manu? 2 Nuper missa. 3 Times? cujus signum est pallor. 4 Ipsa sollicita & anxia. Hypallagè. 5 Aperitur. 6 Satis valet perferre miserias. 7 Occaluit, ut sensum mali pæne amiserit. 8 An ideò firmum mihi corpus, quia, undè infirmum sit, ampliùs nihil est? Sunt qui legant finè interrogatione: *Et magis infirmo*, &c. Non tempus est, ut magis sim infirmus & validus: nam corpus multis malis vexatum occaluit, & assuevit omnia perpeti. 9 Licet, 10 Dolor antiquus. 11 Curanda, consolidanda. 12 Parvis malis. 13 Quia tempore minuuntur. 14 Mora. 15 Magna incommoda ab annis incrementum accipiunt. & gravius animum discruciant. Sic Cic. Philip. 5. *Omne malum nascens facile opprimitur: inveteratum fit plerumque robustius.* 16 Diuturnitate temporis. 17 Philoctetes Pæantis filius. 18 Quibus Troja à Græcis obsessa, tandem dirata fuit. 19 Venenatum 20 Hydrâ, cujus veneno sagittæ Herculis infectæ erant. Philoctetes enim dùm una cum aliis Græcis ad bellum Trojanum proficisceretur, ab angue morsus: in Lemno insulâ (ubi per decennium ferè mansit) relictus erat: sagittisque, quas ab Hercule dono acceperat, humi stratus, aves, quæ per aëra volarent, interficiebat, iisque vitam sustentabat. Vide Met. 13. Fab. 1. 18 Incurabili vulnere. 19 Achillis. Vide suprà l. 1. v. 100. 20 Quoniam. 21 Augustus. 22 Sic l. 1. El. 1. *Namque ea vel nemor vel qui mihi vulnera fecit, Solus Achilleo tollere more potest.* 23 De multis doloribus paucos demat. 24 Antiquè pro *mari* versus causâ: sic in Ibin: *Et summam Libyco* de mare *carpat aquam.*

Parf-

Parſque meæ pœnæ 26 *totius inſtar erit.*
Littora quot conchas, quot amœna 27 *roſaria flores,*
Quotque ſoporiferum 28 *grana papaver habet :*
Sylva feras quot alit, quot piſcibus unda natatur,
29 *Quot tenerum pennis aëra pulſat avis :*
30 *Tot premor adverſis : quæ ſi* 31 *comprendere coner,*
32 *Icariæ numerum dicere coner aquæ.*
Utque viæ caſus, ut 33 *amar pericula Ponti,*
34 *Ut taceam ſtrictas in mea fata* 35 *manus :*
Barbara me tellus, orbiſque 36 *noviſſima magni*
Suſtinet, & ſævo cinctus ab hoſte locus.
37 *Hinc ego trajicerer (neque enim mea culpa cruenta eſt)*
Eſſet, quæ debet, ſi tibi cura mei.
Ille, 39 *Dem, benè quo Romana potentia* 40 *nexa eſt,*
Sæpè ſuo victor lenis in hoſte fuit.
Quid 41 *dubitas ? & tuta times ? accede, rogaque :*
Cæſare nil ingens mitius orbis habet.
Me miſerum ! quid agam, ſi 42 *proxima quæque relinquunt ?*
43 *Subtra & fracto tu quoque colla jugo ?*
Quò ferar ? undè petam lapſis ſolatia rebus ?
44 *Anchora jam noſtram non tenet ulla ratem,*
45 *Viderit ipſe, ſacram,* 46 *quamvis inviſus, ad aram*
Confugiam, nullas ſummovet ara 48 *manus.*
Alloquar en abſens 49 *abſentia numina ſupplex*
Si fas eſt homini cum 50 *Jove poſſe loqui.*
51 *Arbiter imperii, quo certum eſt* 52 *ſoſpite cunctos*
53 *Auſoniæ curam gentis habere Deos :*
O decus, ô patriæ per te florentis imago !
54 *O vir non ipſo, quem regis, orbe minor !*

25 Adverſi.
26 Oſtendit tantam eſſe malorum magnitudinem, ut, quamvis aliquid detrahatur, nihil ſibi imminutum videatur.
27 Horti roſarum.
28 Semina.
29 Quot pennis avis per liquidum aërem volat.
30 Innumerabilibus.
31 Verbis comprehendere.
32 Conet guttas maris numerare. Synechdoche.
33 Triſtia.
34 Ut taceam mortem mihi in itinere à comitibus paratam.
35 Enſes.
36 Ultima. 37 Aliò mitterer ab Auguſto in exilium. 38 Capitalis, quòd aliquem occiderim. i. non ob homicidium relegatus ſum. 39 Auguſtus. 40 Suſtentata, fulta. ic. *Ei autem viro mors parabatur, cujus in vitâ nitebatur ſalus civitatis.* 41 Interpellare illum pro me. 42 Propinqui mei. 43 Et tu quoque miſerum me relinquis, Metaphora à bubus ſumpta. 44 Nullum munimentum aut auxilium ut navis ſinè anchorâ. i. nullum amicum habeo. 45 Ipſe Cæſar providerit, poſtquam à cæteris deſtituor. 46 Odioſus. 47 Ultimum auxilium. i. ad Cæſarem accedam. 48 Supplicis preces. i. nemo tam miſer eſt, quin ad aram admittatur. 49 Abſentem Auguſtum. 50 Deo. i. privato cum Principe. 51 Moderator, & imperator orbis & urbis. Apoſtrophe ad Auguſtum, quâ eum rogat, ut ſua mala, mutato exilii loco, mitigentur. 52 Vivo. 53 Italorum, Romanorum. 54 Tanti faciende, quanti totus ſimul orbis : par orbi.

55 Perituros mitius exilium ab hoc Deo, priùs ei vitam longam, deindè sedem cœlestem precatur. 56 Exspectet. 57 Ad cœlum tibi promissum serò à nobis discedes & moriaris, *Serus in cœlum redeas, diuque Lætus interfis populo Quirini* Horat. l. 1. Od. 2. 58 De tuâ in me irâ & Pœnâ. 59 Supererit, restabit. 60 Quo utitur civis Romanus. 61 Jus & nomen civis Romani habeo: quia civis Romanus appellor. 62 Nec mihi fortunas meis ademisti, & aliis dedisti: quòd exulibus fieri solebat, 63 Sed relegatus. Vide l. 2. v. 137. 64 Exilium, privationem civitatis, fortunarum, &c. 65 Loca vicina Ponto. 66 Navigare. Al. *findere*. 67 Squalida, deserta, inculta littora. *Littus* propriè maris est, *ripa* fluminis, Interdum generaliter appellatur *littus*, quicquid juxta quam est. 68 Sub polo Septentrionali. 69 Frigidissima regio. 70 Quod quasi canitiem terræ inducit. 71 Dura. 72 Linguæ. 73 Propter colonos è Græcia eo deductos. 74 Bello. 75 Humilis, non altus. 76 Interdùm prælia cessant: non enim hostes semper pugnant. 77 Nunquam certa est pax, nam semper hostium adventum formidamus. 78 Hostes. 79 Revocer. 80 Modò tutiore loco sit, etiam in asperrimis & periculosissimis esse non recusat. 81 *Zancle* urbe Siciliæ proximâ. 82 Saxum in freto Siculo, naufragiis infame. 83 Absorbeat. 84 Ad profundum. Dicitur enim Charybdis naves in profundum trahere. Est autem *Styx* fluvius infernalis, ad quem mortui ire dicuntur.

55 *Sic habites terras & te* 56 *desideret æther!*
Sic 57 *ad pacta tibi sidera tardus eas!*
Parce precor, minimamque 58 *tuo de fulmine partem*
Deme: satis pœnæ, quod 59 *superabit, erit.*
Ira quidem moderata tua est: vitamque dedisti:
Nec mihi jus 60 *civis,* 61 *nec mihi nomen abest.*
62 *Nec mea concessa est aliis fortuna:* 63 *nec exul*
Edicti verbis nomine ipse tui.
64 *Omniaque hæc timui, quoniam meruisse videbar:*
Sed tua peccato lenior ira meo est.
65 *Arva relegatum jussisti visere* 65 *Ponti,*
Et Scythicum profugâ 66 *scindere puppe fretum.*
Fussus ad Euxini 67 *deformia littera veni*
Æquoris, hæc 68 *gelido terra sub axe jacet.*
Nec me tam cruciat 69 *nunquam sinè frigore cœlum,*
Glebaque 60 *canenti semper* 71 *obusta gelu;*
Nesciaque est vocis quòd barbara lingua 72 *Latinæ,*
73 *Grajaque quod Getico mista loquela sono est;*
Quàm quòd finitimo cinctus premor undique 74 *Marte,*
Vixque 75 *brevis tutum murus ab hoste facit.*
76 *Pax tamen interdùm est;* 77 *pacis fiducia nunquam:*
Sic hic nunc patitur, nunc timet 78 *arma, locus.*
Hinc ego dùm 79 *muter,* 80 *vel me* 81 *Zanclæa* 82 *Charybdis*
83 *Devoret, atque suis* 84 *ad Styga mittat aquis:*

Vel

Vel 85 *rapidæ flammis urar patienter in Ætnæ:* 75
86 *Vel freta* 87 *Leucadii mittar in alta* 87 *Dei*
Quod 88 *petimus, pœna eſt (neque enim miſer eſſe*
recuſo)
Sed precor, ut poſſim 89 *tutiùs eſſe miſer.*

85 Ætna enim, mons Siciliæ, perpetuo ardet, & quandoque globos igneos longiùs emittit. Quare autem Ætna flammas evomat, docet Juſtin. l. 4. his verbis: *Eſt autem Siciliæ terra tenuis ac fragilis; & cavernis quibuſdam ſiſtuliſque ita penetrabilis, ut ventorum tota fermè flatibus pateat; nec non & ignibus generandis nutriendiſque ſibi ipſius naturalis materia quippe intrinſecùs ſtratum ſulphure & bitumine traditur: quæ res facit, ut ſpiritu cum igne inter interiora luctante frequenter & complurib. locis nunc flammas, nunc fumum eructet. Inde denique Ætnæ mons per tot ſæcula durat incendium & ubi acrior per ſpiramenta cavernarum ventus incubuit, arenarum montes egeruntur.* 86 Vel in mare Leucadium ab altiſſimis ſaxis demittar. 87 Apollinis qui in Leucade colebatur. 88 Sic perire. 89 Tutiori loco.

ELEGIA III.

1 ILla dies hæc eſt, 2 quâ te celebrare Poëtæ,
3 *Si modò non fallunt tempora, Bacche, ſolent:*
Feſtaque 4 *odoratis* 4 *innectunt tempora ſertis,*
Et dicunt 5 *laudes ad* 6 *tua vina tuas.*
Inter 7 *quos memini,* 8 *dum me mea fata ſinebant,* 5
Non inviſa tibi pars ego 9 *ſæpè fui:*
Quem nunc ſuppoſitum ſtellis 10 *Erymanthidos Urſæ*
11 *Juncta tenet crudis Sarmatis ora Getis.*
Quique priùs 12 *mollem, vacuamque laboribus egi*
In ſtudiis vitam, 13 *Pïeridumque choro;* 10
Nunc procul à patriâ Geticis circumſonor armis,
14 *Multa priùs* 15 *pelago, multaque paſſus* 16 *humo.*
Sive mihi 17 *caſus, ſive hoc dedit ira Deorum,*
18 *Nubila naſcenti ſeu mihi* 19 *Parca fuit:*
20 *Tu tamen è ſacris hederæ cultoribus unum* 15

1 Queritur Ovidius, quòd cùm Bacchi feſtum celebretur, unà cum cæteris Poëtis Romæ eſſe non liceat, ut antea ſolebat: miraturque illum ſibi uni ex cultoribus ſuis non tuliſſe opem. Denique illum, ſtudiique conſortes Poëtas precatur, ut à Cæſare reditum impetrent. 2 Bacchi feſtum ſive Bacchanalia celebrabantur 15. Kal. Aprilis. i. 16. die Martii. De Bacchi ſacris legito Ovid. Faſt. 3. 13. 3 Si in temporibus non erro. 4 Caput coronis benè ô lentibus cingunt Poëtæ, ut celebrent feſtum tuum. 5 Hymnos tuos. 6 A te inventa. i. inter bibendum. 7 Poëtas. 8 Dùm non eram relegatus ab Auguſto. Virg. *Dùm fata Deuſque ſinebant.* 9 Al. *pars ego prima.* i. præcipuus. 10 Arcadicæ ab *Erymantho*, monte Arcadiæ, appellatæ. 11 Juncta torvis & crudelibus Getis. 12 Laſcivam. 13 Muſarum. 14 Adverſa. 15 Mari. 16 Terra. 17 Quædam fortuna. i. ſeu caſu ſive fortuitò, ſeu ira Deorum, vel fato tot mala mihi obtigerunt. 18 Irata. 19 *Parcæ* tres ſunt Deæ, imperium habentes in vitam humanam. 20 O Bacche.

Numine

Numine debueras [21] *ſuſtinuiſſe tuo.*
An [22] *dominæ fati quicquid* [23] *cecinêre* [22] *ſorores,*
Omne [24] *ſub arbitrio deſinit eſſe Dei?*
[25] *Ipſe quoque ætheream meritis invectus es arcem,*
[26] *Quò non exiguo facta labore via eſt.*
[27] *Nec patria eſt habitata tibi, ſed aduſque nivoſum*
[28] *Strymona veniſti,* [29] *Matricolamque Geten:*
[30] *Perſidaque, & lato* [31] *ſpatiantem flumine* [32]
Gangem,
Et quaſcunque bibit [33] *decolor Indus* [34] *aquas.*
Scilicet hanc legem [35] *nentes fatalia Parcæ*
[35] *Stamina* [36] *bis genito* [37] *bis cecinêre tibi.*
[38] *Me quoque, ſi fas eſt* [39] *exemplis ire Deorum,*
[40] *Ferrea ſors vitæ difficiliſque premit:*
Illo nec [41] *melius cecidi,* [42] *quem* [43] *magna locutum*
Reppulit à Thebis Juppiter [44] *igne ſuo.*
Ut tamen audiſti percuſſum [45] *fulmine* [46] *vatem:*
[47] *Admonitis noſtris condoluiſſe potes.*
Et potes, aſpiciens circum tua ſacra Poëtas,
Neſcio quis noſtri, dicere, cultor abeſt.
Fer bone [48] *Liber opem, ſic* [49] *altera* [50] *degravet ulmum*
Vitis, & [51] *incluſo plena ſit uva* [51] *mero:*

21 Suſtentaſſe, defendiſſe. 22 Parcæ tres Lachesis, Atropos, & Clotho, quæ fatis præſunt. i. quæ cuncta in vita humanâ pro libitu diſponunt. 23 Diſpoſuêre. 24 Sub Dei voluntate. Nam fata ne ab ipſis quidem Diis immutari poſſe exiſtimabant. Undè illud *Fato ſtat Jupiter ipſe.* 25 Tu Bacche. Probat Bacchi exemplo, fata non eſſe ſub Dei arbitrio, ſi quidem ille poſt maximos labores cœlum aſcendit. 26 Ad quem locum. i. ætthereas arces magno labore viam comparaſti. 27 Nec ſemper quietus in patriâ Thebis conſedifti. 28 *Strymon* fluvius eſt in confinio Thraciæ: ibi per æſtum maximè grues morantur. Undè Virgilius eas *Strymoneas* appellavit. 29 Getas ſive Thraces colentes. i. honorantes Martem. i. bellicoſos. 30 *Perſis* regio eſt Aſiæ Vide Curt. l. 5. 7. 31 Fluentem. 32 *Ganges* Indiæ fluvius eſt, maximus omnium fluminum. Curt. 8. 9. 33 Indiæ populus niger, & mali coloris, ob nimium Solis ardorem. Indiam autem à Baccho devictam ita oſtendit Ovid. Met 3. *Tibi victus ad uſque Decolor extremo quæ cingitur India Gange.* 34 Alios fluvios. 35 Fata nentes hominibus, ſeu nendo fata diſponentes. 36 Quia primùm ex ventre Semeles, deinde ex femore Jovis in lucem venit. Met. 3. Fab 3. Hinc *bimater* & διθυραμβος dictus. 37 Quia in nativitate fata diſponebantur, ideo bis nato, bis fata erant diſponenda. 38 Q. d. Quemadmodùm ſubiectus fuiſti fatis, ô Bacche, ut orbem peragrares: ſic illa mihi hanc aſperam vitæ conditionem decrevit. 39 Me cum Diis comparare. 40 Aſpera, dura, vitæ conditio. 41 Levius. 42 Capaneum intelligit, de quo ſuprà i. 4. diximus. 43 Superba loquentem, ſeſe jactantem, verbis gloriantem. 44 Fulmine. 45 Ira Auguſti. 46 Me tenuem Poëtam. 47 Al. *admonitu matris* i. Semeles, matris tuæ, quæ Jovis fulmine conſligravit: quemadmodùm Poëta Auguſti ictu proſtratus eſt. 48 Bacche 49 Secunda: nam interdùm duæ vel plures vites uni ulmo innitebantur. Al. *altam*, ut ad *ulmum* referatur. 50 Valdè gravet pondere ſuo. i. fic ſit uvæ copia maxima in tuis vitibus ulmum complexis. 51 Vino intùs latenti. Hoc ideò dicit, quia Bacchus vini uſum mortalibus tradidit.

Sic

Sic tibi cum 52 *Bacchis* 53 *Satyrorum gnava juventus*
Adſit, & 54 *attonito* 55 *non taceare ſono:*
Oſſa 56 *bipenniferi ſic ſint malè* 57 *preſſa Lycurgi:*
Impia nec pœnâ 58 *Pentheos umbra vacet:*
Sic 59 *micet æternùm, vicinaque ſidera vincat*
60 *Conjugis in cœlo* 61 *clara corona tuæ.*
Hùc ades, & caſus releves pulcherrime noſtros
62 *Unum de numero me, memor, eſſe tuo.*
Sunt Diis inter ſe 63 *commercia: flectere tenta*
Cæſareum numen numine, Bacche, tuo.
Vos quoque conſortes ſtudii, 64 *pia turba, Poëtæ,*
Hæc eadem ſumpto quiſque 65 *rogate* 66 *mero.*
Atque aliquis veſtrum, Naſonis nomine dicto,
67 *Deponat lacrymis pocula miſta ſuis.*
Admonituſque mei, cùm circumſpexerit omnes,
Dicat, Ubi eſt noſtri pars modò Naſo chori?
Idque ita, ſi veſtrum merui 68 *candore favorem,*
69 *Nullaque judicio littera læſa meo eſt:*
Si, Veterum dignè veneror cùm ſcripta virorum,
70 *Proxima non illis eſſe minora reor:*
Sic igitur 71 *dextro faciatis* 72 *Apolline carmen:*
Quod licet, 73 *inter vos nomen habete meum.*

52 Muſicis tuis. Tradunt enim Bacchum in exercitu, mulierum copiam circumduxiſſe, armatam, haſtis pampinis involutis. 53 Satyri quoque Bacchi comites erant, quorum operâ inſaltationibus ac tragœdiis oblectabatur. Sunt autem *Satyri* in ſubſolanis Indorum montibus velociſſimum animal, tanquam quadrupes, tamen rectè currentes, humanâ effigie, ut propter velocitatem, niſi ſenes aut ægri, non capiantur. 54 Furibundo. i. ſono furentum in tuis ſacris. Sic l. 1. de Arte: *Sonuerunt cymbala toto Littore, & attonitâ tympana pulſa manu.* 55 Et ſacrificiis celebreris, in quibus hominum clamore & ſtrepitu cymbalorum ac tympanorum omnia reſonabant. 56 *Lycurgus* Thraciæ Rex fuit, qui, dùm in Bacchi contemptum ſecuri vites incideret crura ſibi falce amputavit. Undè *bipennifer* appellatur. Ovid. Met. 3. *Penthea tu venerande, bipenniferumque Lycurgum Sacrilegos mactas.* Vide Faſt. 3. 57 Læſa 58 Penthei anima. Pentheum autem Thebis Bacchi ſacra ſpernentem atque prohibentem Agave mater interfecit. Vide Met. 3. 59 Splendore. 60 Uxoris tuæ Ariadnes. 61 Ariadnen à Theſeo in Naxo inſulâ relictam Bacchus uxorem duxit, & ut ſydere clara foret, Bacchus ſumptam coronam in cœlum tranſtulit. Faſt. 3. 9. Met. 8. Fab. 2. 62 Me eſſe unum de tuis Poëtis. 63 Communia multa. 64 Quia ſacri Poëtæ, utpote ſacerdotes Muſarum. 65 Bacchum. 66 Ubi libaveritis. 67 Baccho libet. 68 Meâ ſinceritate ſive integritate. 69 Et ſi nullius veſtrum carmen cenſuraví ac notavi unquam. 70 Si arbitror nuper à vobis edita carmina antiquis non eſſe inferiora. 71 Propitio, favente. 72 Poëtarum Deo. 73 Solo nomine ſim vobiſcum, quandoquidem corpore non poſſum propter Auguſtum. *Vel*, mei memores eſte.

ELE-

ELEGIA IV.

1 Tomo. Epiſtolam ab Euxino littore Romam veniſſe, coramque laudare amici fidem, inducit Ovidius. Eum poſtremò precatur, ut ſe conſtantur tueatur. 2 Ego Ovidii epiſtola. 3 Romam. 4 Ovidius. 5 Cui epiſtolæ fas eſt: non enim os exul, ut ego ſum. 6 Status tuus, ſive conditio. Horat. *Qui ſit, Mecenas,*

[1] *Littore ab Euxino* [2] *Naſonis epiſtola* 3 *veni,*
Laſſaque facta mari, laſſaque facta viâ.
4 *Qui mihi flens dixit, Tu,* 5 *cui licet, aſpice Romam:*
Heu quanto melior 6 *ſors tua ſorte meâ eſt!*
Flens quoque me ſcripſit, nec quâ ſignabar, ad os [7] *eſt*
Antè, ſed ad madidas gemma relata genas.
Triſtitiæ cauſam ſi quis cognoſcere quærit,
8 *Oſtendi Solem poſtulat ille ſibi.*
Nec frondem in ſylvis, nec aperto mollia prato
Gramina, nec pleno flumine cernit aquas.
9 *Quid Priamus doleat,* [10] *mirabitur Hectore rapto:*
Quid-ve Philoctetes ictus ab [11] *angue gemat.*
Dii facerent utinam talis ſtatus eſſet in [12] *illo:*
Ut non triſtitiæ cauſa dolenda [13] *foret.*
Fert tamen, ut debet, caſus patienter amaros:
More nec [14] *indomiti fræna recuſat equi.*
Nec fore perpetuam ſperat ſibi [15] *numinis iram,*
Conſcius in culpâ non ſceleſtus eſſe ſuâ.
Sæpe [16] *refert, ſit quanta* [17] *Dei clementia: cujus*
Se quoque in exemplis [18] *annumerare ſolet.*
Nam quod opes teneat patrias, quod nomina civis,
Denique quod vivat [19] *munus habere Dei.*
[20] *Te tamen, ô (ſi quid credis mihi) carior illi*
Omnibus, in toto pectore ſemper habet.
Teque [21] *Menœtiaden,* [22] *te qui comitatus Oreſtem,*

ut nemo quam ſibi ſortem ſeu ratio dederit, ſeu fors objecerit, illa contentus vivat. Uſus eſt Ovidius hoc verſu Faſt. 4. & l. 1. Amor. El. 6. 7 Solebat gemina ſignatoria madefieri ſalivâ aut linguæ humore, ut aridæ chartæ facilius imprimeretur: ſed quoniam flebat, Poëta lachrymis gemmam madefecit. 8 Manifeſtiſſima quærit. Q. d. Cœcus eſt, ſi triſtitiæ cauſam non videt. 9 Propter quid, quare. 10 Afficietur admiratione, qui Priamum Hectoris mortem lugentem videt, & ejus luctus cauſam quærit. Quibus verbis ſignificat, non aliter hunc facere, quàm eum qui triſtitiæ ſuæ cauſam videt, & quærit. 11 Sagittâ veneno hydræ illitâ, percuſſus: vel reverâ à ſerpente ictus. 12 Ovidio. 13 Eſſet in me. 14 Refractarii. 15 Auguſti. 16 Narrat Ovidius. 17 Auguſti. 18 Solet quoque ſe unum ex his profiteri, in quos clemens fuit Auguſtus. 19 Sc. *refert.* 20 Ordo eſt: *Tamen, ô amice charior illi*, ſc. Naſoni ſive Ovidio, *omnibus*, ſc. amicis, *ſi quid credis mihi, Ovidius ſemper habet te in toto pectore.* i. neminem perindè diligit. 21 Amiciſſimum, ut Patroclus Menœti filius, Achilli fuit. Vide Homer. Iliad. 23. 22 Te etiam eo amore proſequitur, quo Pylades Oreſtem.

Te vocat 23 *Ægiden*, 24 *Euryalumque ſuum.*
Nec patriam magis ille ſuam deſiderat, & quæ
25 *Plurima cum patriâ ſentit abeſſe ſuâ;*
Quàm vultus, oculoſque tuos, ô dulcior illo
Melle, quod in ceris 26 *Atticaponit apis!*
Sæpe etiam mœrens 27 *tempus reminiſcitur illud,*
Quod non præventum morte fuiſſe dolet.
Cùmque 28 *alii fugerent* 29 *ſubitæ contagia cladis,*
Nec vellent 30 *ictæ limen adire* 30 *domus;*
Te ſibi cum paucis meminit manſiſſe fidelem,
Si paucos aliquis treſ-ve duoſ-ve vocat.
Quamvis 31 *attonitus,* 32 *ſenſit tamen omnia, nec te*
33 *Se minùs adverſis indoluiſſe ſuis.*
Verba ſolet, vultumque tuum, gemituſque referre,
Et, te flente, ſuos 34 *demaduiſſe ſinus:*
39 *Quam ſibi preſtiteris, quâ conſolatus amicum*
Sis ope, 35 *ſolandus cùm ſimul ipſe fores.*
Pro quibus affirmat fore ſe memoremque piumque,
35 *Sive diem videat, ſive tegatur humo.*
36 *Per caput ipſe ſuum ſolitus jurare, tuumque,*
Quod ſcio non illi vilius eſſe ſuo.
Plena tot & tantis referetur gratia factis,
37 *Nec ſinet ille tuos littus arare boves.*
Fac modò conſtanter profugum tueare: quod ille,
38 *Qui benè te novit, non rogat,* 39 *ipſa rogo.*

23 Theſeum Ægei filium, Pirithoi amicum. 24 Te etiam eo amore proſequitur, que Niſus Euryalium. 25 Commoda, ut uxoreni, fortunas, aliaque id genus. 26 *Hymettus* mons eſt Atticæ regionis, qui floribus ſemper veſtitur. Hic mel gignit optimum, quod cuncta bonitate ſuperat.

27 Quo unà vixiſtis. 28 Socii. 29 Conſternationem ſubiti exilii. 30 Domus Ovidii, Auguſti ira percuſſæ. 31 Perculſus, conſternatus. 32 Tamen amicos omnes cognovit. 33 Ipſo Ovidio. 34 Vadè maduiſſe lachrymis. 33 Sc. *opem.* 34 Conſolandus, quia non minus ipſo Ovidio doluiſti, ita ab adverſis illius tactus. 35 Sive vivat. 36 Ut rem præſtantiſſimam: more ſumpto ab *Græcis jurare paratis Per caput alterius.* Juv. Sat. 6. Sic Arcanius apud Virg. Æn. 9. v. 300. *Per caput hoc juro, per quod pater ante ſolebat*, &c. 37 Nec permittet te fruſtra apud illum collocaſſe beneficium. Ille enim *littus arat*, qui operam perdit. & fruſtrà laborat. Sic alibi: *Non profecturus littora bobus aras.* 38 Qui ſcit te id ſatis agere. 39 Ipſa epiſtola peto. Semper enim Ovidius in epiſtolæ perſonâ locutus eſt.

ELEGIA V.

1 ANnus aſſuetum 2 *dominæ natalis honorem*
3 *Exigit:* 4 *ite manus* 5 *ad mea ſacra meæ.*

1 Se ipſum hortatur ad celebrandum uxoris natalem, pro quâ benè precatur, diemque laudat qui eam elegantiſſimis moribus in lucem protulit. Et quamvis digna eſſet feliciori fortuna, eam tamen hortatur, ut omnia æquo animo ferat: ſiquidem ejus virtus non niſi in adverſis perſpici poterat. Denique Deos precatur, ut, ſi nolint ſibi parcere, ſaltem uxori innocenti ignoſcant. 2 Uxoris. 3 Petit. 4 Sacrificium facite. 5 Ad meam Poëſin.

Sic

Sic quondam festum 6 *Laërtius* 7 *egerat heros,*
Forsan in extremo conjugis orbe 8 *diem.*
Lingua 9 *favens adsit nostrorum oblita malorum,*
Quæ (puto) 10 *dedidicit jam* 11 *bona verba loqui:*
12 *Quæque semel toto vestis mihi sumitur anno,*
Sumatur fatis discolor alba meis.
13 *Araque gramineo viridis de cespite fiat,*
Et 14 *velet tepidos nexa corona focos,*
Da mihi 15 *thura,* 16 *puer, pingues facientia flammas,*
Quodque pio 18 *fusum stridat in igne merum.*
Optime natalis, quamvis procul absumus, opto,
19 *Candidus huc venias, dissimilisque meo.*
20 *Si quod & instabat dominæ* 21 *miserabile vulnus,*
22 *Sit perfuncta meis tempus in omne malis.*
23 *Quæque gravi nuper plusquàm quassata procellâ est,*
Quod superest, tutum per mare navis eat.
Illa domo, 24 *natâque suâ, patriâque fruatur:*
Erepta hæc uni sit satis esse mihi.
25 *Quatenus & non est* 26 *in caro conjuge felix,*
27 *Pars vitæ tristi cætera nube vacet*
Vivat, ametque virum, quoniam sic cogitur, absens,
28 *Consumatque annos, sed diuturna suos:*
29 *Adjicerem & nostros:* 30 *sed ne contagia fati*
Corrumpant timeo, 31 *quos agit ipsa, mei.*
32 *Nil homini certum est: fieri quis posse putaret,*

6 Ulysses Laertis filius. 7 Inter errandum celebraverat. 8 Natalem uxoris Penelopes. 9 Lingua mea bonis verbis intentâ 10 Propter desuetudinem latinè loquendi. Fortè nec ἐυτημίζειν pofero. 11 Verba læta & bene precantia, quibus veteres die natalitio utebantur. Tib. *Dicamus bona verba, venit natalis ad aras, Quisquis ades, linguâ vir mulierque fave.* 12 Ordo est: *Et vestis alba discolor.* i. contrarii & quasi mali coloris, & inconveniens, quia atra & lugubris esse deberet, *meis natis*, fata enim mea atra & infelicia, quæ *semel*, meo tantùm natali, *sumitur mihi.* i. à me *toto anno sumatur.* 13 Genio natalem celebrantes, aram exigebant, quam floreis sertis ornabant. Fœminæ verò Junoni sacrificabant. 14 Tegat. 15 Thura, aliique etiam odores eodem die utebantur. Tib. *Virentur pro thura focis, urantur odores, Quos tener e terrâ divite mittit Arabs.* 16 Minister. 17 Oleaginas. 18 Libarum genio. 19 Lætus, fœlix 20 Sequuntur jam bona, quæ uxori precatur. Ac primùm ut, si quid novi doloris immineat ex nova calamitate mariti, id ne experiatur. 21 . olor. 22 Verbum hoc requirit ex præcedentibus ablativum *miserabili vulnere*, ac *meis malis* instrumentum significat: & est sensus, depositurit in perpetuum hoc miserabile vulnus per meum casum, ac sit in eo tanquam perfuncta suo quodam fato. 23 Quæ misera nuper fuit. Allegoricè. 24 Filiâ Perillâ. 25 Quousque egò illam infelicem reddo. 26 In me caro marito. 27 Reliquus vitæ meæ uxoris cursus tristi infortunio & casibus adversis carent. 28 Et longam vitam exigat. 29 Precarer, ut annis ejus nostri quoque accederent. 30 Sed vereor ne fata mea infœlicia annorum uxoris felicitatem corrumpant. 31 Annos meæ uxoris. 32 Nihil est in rebus humanis, quo niti quispiam & cui fidere tanquam certo & immutabili queat.

Ut faecerem in mediis hæc ego 33 *ſacra Getis?*
Aſpice ut 34 *aure tumens fumoſè thure coortos*
35 *In partes Italas & loca dextra ferat.*
36 *Senſus ineſt igitur nebulis, quos* 37 *exigit ignis:*
38 *Conſilium fugiunt* 39 *cætera pænè meum.*
40 *Conſilio commune ſacrum cùm fiat in* 41 *aræ*
42 *Fratribus,* 43 *alternâ qui periêre manu,*
44 *Ipſa ſibi diſcors, tanquam mandetur ab illis,*
Scinditur in partes 45 *atra favilla duas.*
46 *Hoc (memini) quondam fieri non poſſe loquebar,*
Et me 47 *Battiades judice falſus erat,*
Omnia nunc credo, cùm tu 48 *non ſtultus* 49 *ab Arcto*
50 *Terga vapor* 50 *dederis, Auſoniamque petas.*
51 *Hæc ergo lux eſt: qui ſi non orta fuiſſet;*
52 *Nulla fuit miſero* 52 *feſta* 53 *videnda mihi.*
Edidit 54 *hæc mores illis* 55 *heroïbus æquos,*
Quis erat 56 *Eetion,* 57 *Icariuſque pater.*
Nata pudicitiæ eſt 58 *ſecum, probitaſque, fideſque:*
At non ſunt iſtâ gaudia nata die:
Sed labor, & curæ, fortunaque moribus 59 *impar,*
60 *Juſtaque de viduo* 60 *pænè querela toro.*
Scilicet adverſis probitas 61 *exercita rebus,*
Triſti materiam tempore laudi habet.
Si nihil 62 *infeſſi durus vidiſſet Ulyſſes,*

33 Natalitia.
34 Ventus.
35 Italiam verſùs, quæ eſt à dextris.
36 Intelligentia ergo eſt in fumo: fumus enim videtur quaſi futura noſcere.
37 Emittit & à ſe diſpellit, ſc. felicem meam cum uxore conjunctionem.
38 Meam deliberationem: quia non portendunt mihi fœlicitatem, ut credebam: *vel*, non fiunt ex ſententiâ meâ. 39 Reliqua ſigna. 40 Cùm certo conſilio, non caſu aut fortunâ, fiant exequiæ fratribus, qui mutarunt, &c. Hoc autem exemplo oſtendit, ſenſum ineſſe igni in his ſacris. 41 Rogo. 42 Eteocli & Polinici, Oedipi, Thebarum regis, filiis. 43 Qui mutuis vulneribus cecidere. 44 Cùm Polynicis cadaver impoſitum fuiſſet Eteoclis rogo, flamma ſeu fumus, tanquam illi injungatur, ut ita ſeparetur, *vel*, tanquam diſſidium illorum ſentiret. in duas partes ſe diviſit. 45 Triſtis, vel atro fumo obſita. 46 Ut flamma, tanquam ſentiens in varias partes ſcinderetur. 47 Callimachus Poëta qui hoc ſcripſerat, ſc. de fumo in duas partes eunte, in ſacris Eteoclis & Polynicis. 48 Prudenter. Al. *conſultus*. 49 A Septentrione. Al. *ab alto*. i. ab aëre. Sed prior lectio melior. 50 Fugeris Italiam verſùs, ubi eſt mea uxor, nec illic, ubi ipſe eram, permanſeris, aut mihi boni aliquid portenderis. 51 Hic eſt ergo dies natalitius. 52 Nulla dies læta. 53 Quia ſi hoc die non nata fuiſſet uxor, illum non celebrarem, & per hoc nullum prorsùs feſtum in hâc terrâ viderem. 54 Dies. 55 Vel per Syncopen dictum eſt pro Heroïdibus. i. illis claris & illuſtribus fœminis: vel eſt Enallage generis maſculini pro fœminino; vel conſtruendum eſt cum voce *mores*, ut ſit, *Hæc edidit mores, æquos illis heroibus moribus*, adjectivè ſc. pro heroïcis ſive heroïdum moribus. Hoc ergo dicit: hæc dies protulit uxorem meam adeò moratam, ſicut claræ illæ & illuſtres fœminæ, Andromache & Penelopes fuerunt. 56 Pater Andromaches. 57 Pater Penelopes. 58 Cùm uxor mea naſceretur. 59 indigna. 60 Quaſi æqua: nam quaſi juſtè queritur, quod meâ causâ vidua ſit. 61 Probata: quia probitas elucet rebus adverſis, & iis famam acquirit. Hic autem reſellit ea omnia, quæ infelicitatis loco annumerave-rat. 62 Adverſi.

Penelope felix, ſed ſine 63 *laude foret.*
Victor 64 *Echionias ſi vir penetraſſet in arces,*
Forſitan 65 *Euadnen vix ſua noſſet* 66 *humus.*
Cùm Peliâ genitæ tot ſint, cur nobilis 67 *una eſt?*
Nempe fuit miſero nupta quod una 68 *viro.*
Effice 69 *ut Iliacas tangat prior alter arenas,*
Et tua, quod malles, pietas ignota maneret,
Implerent venti ſi mea vela ſui.
Dî tamen, & Cæſar 73 *Diis acceſſiſſe ſed olim,*
Æquarint 74 *Pylios cùm tua facta dies,*
Non mihi, qui pœnam fateor meruiſſe, ſenì 75 *illi*
Parcite, quæ nullo digna dolore dolet.

63 Pudicitiæ, quam, ipſo abſente, totis 20. annis conſervavit, & reditum ejus patienter, exſpectavit. i. incognita eſſet ejus caſtitas. 64 Capaneus. 65 Thebanas. *Echion* enim fuit unus ex ſociis Cadmi, qui eum eo Thebas condidit. Vide Met. 3. 66 Uxorem Capanei. Euadne enim, cùm audiſſet, maritum ſuum Capaneum in bello Thebano, dùm ſcalis magno impetu murum aſcenderet, periiſſe, nimio amore conjugis ſe in ejus rogum ardentem præcipitavit. Vide ſuprà l. 4. de Arte l. 3. 67 Patriæ. 68 Alceſte, quæ ſe morti obtulit pro marito Admeto. Vide Val. Max. l. 4. c. 1. Servium ad l. 4. Æn. v. 694. 69 Marito Admeto. 70 Ut alter prior, quam Proteſilaus, in littus Trojanum egrediatur: Proteſilaus autem cùm primus è navi in littus Trojanum deſcendiſſet, primus Græcorum eſt interfectus, qui cum nupta erat Laodamia. Vide Ep. Heroïd. 13. v. 47. 71 Ordo eſt: *Nihil erit, cur Laodamia referatur*, i. narretur in mariti amplexu periiſſe. 72 Si res meæ ſecundæ eſſent. Eſt autem à navigantibus ſumpta tranſlatio. 73 Inter Deos referendæ. 74 Neſtoris, dicti ſic à *Pylo*, patriâ qui trecentos annos vixiſſe dicitur. 75 Uxori ignoſcite.

ELEGIA VI.

TU quoque noſtrarum quondam fiducia rerum,
Qui mihi confugium, qui mihi portus eras:
Tu quoque ſuſcepti curam dimittis amici,
Officiique pium tam citò 3 *ponis onus?*
Sarcina ſum, fateor: quam ſi nunc tempore noſtro
Depoſiturus eras, non ſubeunda fuit.
Fluctibus in mediis navem, 6 *Palinure, relinquis?*
Ne fuge, ne-ve tuâ ſit minor arte fides.
Nunquid Achilleos dura inter prælia fidi
Deſeruit 8 *levitas Automedontis equos?*

1 Queritur ſe ab amico deſeri: hortaturque illum, ut conſtanter in amicitiâ perſeveret, quam primo coluerat. 2 Cujus cauſam ſuſceperas. 3 Deponis? 4 Sum tibi oneri & moleſtiæ. 5 Accipienda. 6 Amice ſimilis Palinuro gubernatori, qui amicum deſeris, ut ille navem in medio curſu deſtituit. Palinurus enim medio mari ex Æneæ navi excutiebatur. Vide Æn. 5. v. 355. 7 Non minus ſit officium, quam fides erga me tua. Vel ne deſere cauſam meam nec velis minùs, quàm poſſis. 8 Ipſe Automedon levis fuiſſet, ſi in medio prælio currum Achillis, quem regebat, deſeruiſſet.

Quem

Quem ſemel 9 *accepit*, 10 *nunquam* 11 *Podalirius*
ægro
Promiſſam medicæ 10 *non tulit artis opem.*
12 *Turpius ejicitur, quàm non admittitur, hoſpes:*
Quæ patuit dextræ firma ſit 13 *ara meæ.*
14 *Nil niſi me ſolum primo tutatus es: at nunc* 15
Me pariter ſerva, 15 *judiciumque tuum:*
Si modò non aliqua eſt in me nova culpa, tuamque
16 *Mutarunt ſubitò crimina noſtra fidem.*
Spiritus hic, Scbyticâ quem 17 *non benè ducimus*
aurâ,
18 *Quod cupio, membris exeat antè meis:* 20
Quàm tua delicto 19 *ſtringantur pectora noſtro,*
Et 20 *videar* 21 *merito* 22 *vilior eſſe tibi.*
23 *Non adeò rotiſatis urgemur iniquis,*
Ut mea ſit longis mens quoque 24 *mota malis.*
Finge tamen motam quoties 25 *Agamemnone natum*
Dixiſſe in Pyladen 26 *verba proterva putas?* 26
Nec procul à vero eſt, quod vel 27 *pulſarit amicum:*
Manſit in 28 *officiis non minùs* 29 *ille ſuis.*
30 *Hoc eſt cum miſeris ſolum commune beatis,*
31 *Ambobus tribui quod ſolet obſequium.* 30
32 *Ceditur & cœcis,* 33 *& quos* 34 *prætexta* 35 *ve-*
rendos,
36 *Virgaque cum verbis* 37 *imperi ſa facit.*

9 Curandum.
10 Semper.
11 Æſculapii filius. Æſculapius enim filios reliquit Machaonem & Podalirum, qui arti paternæ dediti cùm ad Trojam cum Agamemnone navigaſſent, plurimùm Græcis in eo bello curandis ſummo ſtudio moribus opitulati ſunt, magnam ob id gloriam adepti. 12 Probat non ſubeundum fuiſſe onus amicitiæ, ſi illud depoſiturus erat: idque hoſpitis exemplo, cui turpius eſſe dicit illum ſemel acceptum domo ejicere, quam ſi omnino nunquam accepiſſet. 13 Præſidium. i. tu ipſe, ad quem confugi firmus & conſtans ſis. 14 Nihil mihi aliud præſtitiſti initio, niſi quod me contra obtrectatorum linguas defendiſti. 15 Tuam opinionem quam de me habebas. 16 Coegerunt te à fide & officio deſciſcere. 17 Vix infeliciter. 18 Quam rem opto, ut ſpiritus è membris exeat. 19 Vulnerentur, irritentur noſtrâ maledicentia. Q. d. Malo hic mori, quàm propter crimen eſſe, aut videri indignus tuâ defenſione, adeoque amicitia. 20 Quàm apparem. 21 Juſtè, ſi te læſero. 22 Contemptior, quàm ſolebam, vel quàm nunc. 23 Non ſic oppreſſi ſumus ærumnis, ut mente amplius non conſtemus, & ſtultum aut inſanum aliquid perpetremus. 24 Perturbata. 25 Oreſtem, Agamemnonis filium. 26 Convitia & contumelias in illum jactaſſe, ut inſani ſolent. 27 Læſerit Pyladen. 28 Amicitia ſuâ. 29 Pylades. 30 Felices & infelices hoc habent ſolum commune; quòd utriſque oſequium præſtare ſoleat. Q. d. Mihi miſero obſequi debes: quandoquidem obſequimur ita miſeris, ut etiam beatis. 31 Et beatis & miſeris: illis propter autoritatem & ſpem beneficiorum: his propter humanitatem in illos & miſericordiam. 32 Solemus etiam cedere de viâ cæcis tranſeuntibus. 33 Ceditur etiam magiſtratibus & conſulibus. 34 Honoratior veſtis. 35 Reverendos & honorandos. 36 Faſces & ſecures ſigna imperii conſularis: *vel*, virga lictoris, qua ille obvios è viâ ſubmovebat. 37 Plena imperii; vel oſtentatrix imperii.

38 Si te mei, tanquam amici, non miseret, fortunæ meæ infelicis misereri debe.

39 Quia contempti sumus.

40 Nostrarum miseriarum.

41 Et illud sc. minimum de parte nostrorum malorum erit grandius isto malo, de quo conquereris. 42 *Hybla* urbs seu mons fuit Siciliæ cujus ager floribus abundabat, optimique mellis copia erat. 43 Augusto calle seu tramite. 44 In antris. 45 Ipsa veritate. 46 Excusationibus, quas adduxi, vel numero hoc. 47 Qui me plura mala posse existimat, aut vellet habere, his quæ patior, ille maximo cumulo malorum meorum majorem etiam addit, & cupit quasi impossibilia. 48 Odium sive iram immaturam. 49 Quandoquidem premor tot malis.

38 Si mihi non parcis, fortunæ parcere debes;
39 Non habet in nobis ullius ira locum.
Elige 40 nostrorum minimum de parte malorum:
41 Isto, quo quereris, grandius illud erit.
Quàm multâ madidæ celantur arundine fossæ,
42 Florida quàm multas 42 Hybla tuetur apes;
Quàm multa 43 gracili terrena 44 sub horrea ferre
43 Limite formicæ grana reperta solent;
Tam me circumstat demsorum turba malorum:
Crede mihi, 45 vero est nostra querela minor.
46 His qui contentus non est, 47 in littus arenas,
In segetem spicas, in mare fundat aquas.
48 Intempestivos 49 igitur compesce furores,
Vela nec in medio desere nostra mari.

ELEGIA VII.

1 Amico quærenti quid ageret in Scythiâ respondet breviter Ovidius, se miserum esse. Deinde Tomitanæ regionis incolarum mores describit. Denique dicit, studiis Poëticis animum detineri: ac pasci, & se carminibus mala sua oblivisci. 2 Ubi spatiosus ille fluvius influit mari. 3 Si vivis, & vales. 4 Felix, prospera. Q. d. Si tu salvus & incolumis es, ego in fortunâ meâ aliquâ fruar lætitiâ: *vel*, ero aliquâ ex parte beatus in meâ miseria. 5 Sc. *quæris*. Q. d. Jam quæris idem, quod semper quæris. 6 Quia exul sum. 7 Sc. *miser*. 8 Quales sint Tomitæ. 9 Scire desideras? 10 Quamvis sit Græco getica: Græcorum enim colonia fuit Tomus. L. 3. El. 9. 11 Rebellibus. 12 Similior est Getis, quam Græcis.

Quam legis, ex illâ tibi venit epistola terrâ,
2 Latus ubi æquoreis jungitur Ister aquis.
3 Si tibi contingit cum dulci vita salute,
4 Candida fortunæ pars manet una meæ.
Scilicet, 5 ut semper, quid agam, carissime, quæris:
Quamvis hoc vel me scire tacente potes:
Sum miser: hæc brevis est nostrorum 6 summa malorum,
Quisquis & offenso Cæsare vivet, 7 erit.
8 Turba Tomitanæ quæ sit regionis, & inter
Quos habitem mores, 9 discere curatibi est?
10 Mista sit hæc quamvis inter Græcosque, Getasque,
At 11 malè pacatis 12 plus trahit ora Getis.

13 Sar-

[13] *Sarmaticæ major Geticæque* [14] *frequentia gentis*
Per medias in equis [15] *itque reditque vias.*
In quibus est nemo, qui non [16] *coryton, & arcum,*
Telaque [17] *vipereo* [18] *lurida felle gerat.*
Vox fera, trux vultu, verissima mortis imago:
Non coma, non ullâ barba resecta manu.
Dextera non segnis [19] *stricto dare vulnera* [20] *culiro,*
Quem [21] *vinctum lateri barbarus omnis habet.*
Vivit in his igitur tenerorum oblita Amorum:
Hos videt, hos vates audit, amice, tuus.
Atque utinam [22] *vivat & non moriatur in illis?*
Absit ab invisis & tamen umbra locis!
Carmina quòd [23] *pleno saltare nostra* [23] *theatro,*
[24] *Versibus & plaudi scribis, amice meis:*
[25] *Nil equidem feci (tu scis hoc ipse,)* [26] *theatris,*
[27] *Musa nec* [28] *in plausum ambitiosa mea est.*
Non tamen ingratum est quodcumque [29] *oblivia nostri*
Impedit, [30] *& profugi nomen in ora refert.*
Quamvis interdum quæ me læsisse recordor,
[31] *Carmina devoveo, Pieridasque meas.*
Cùm [32] *bene devovi, nequeo tamen esse sine illis,*
[33] *Vulneribusque meis* [34] *tela cruenta sequor:*
Quæque modò [35] *Euboïcis lacerata est fluctibus, audet*
Graja [36] *Caphareum currere puppis aquam.*
Nec tamen, ut lauder, * *vigilo, curamque futuri*
Nominis, [37] *utilius quod latuisset, ago.*
Detineo studiis animum, falloque dolores.

13 Probat eam regionem habere plus barbariei, quàm Græcitatis.
14 Multitudo.
15 Obequitat.
16 Thecam, cui arcum immittebant. *Corytos* enim theca arcus solius dicitur, sicut *pharetra* sagittarum. Virg. Corytique *leves humeris, & lethifer arcus.*
17 Serpentis felle; eo enim sagittas inficiunt Getæ.
18 Supra modum

pallida fellis aspergine. Ovid. Met. 1. Lurida *terribiles miscent aconita noverca.* 19 Evaginato. Al. *fixo.* i. infixo. 20 Gladio, sicâ, aut pugione. 21 Alligatum. 22 Tantùm vivat. 23 Magnâ hominum frequentiâ, qui recitationi meorum carminum interfunt in theatro. Mart. *Quæque sonant* pleno vocesque manusque *theatro.* 24 Versus approbari. 25 Nullâ mihi re in theatro aurâ parvi. 26 Sc. *dignum.* 27 Non tam tam sitiens honoris carmine meo plausum quærere non soleo. 28 In approbationem ut recitationi meorum carminum plaudatur: quod fieri solebat: cùm opus recitatum placuisset. 29 Excitat memoriam mei. 30 Et exulis nomen per omnium ora volitare facit. 31 Carminibus maledico, Musisque eorum auctoribus. 32 Justè. 33 Ego, acceptis vulneribus, nihil ominis telis, sanguine meo antè cruentatis, me objicio & offero, dùm versus scribere non desisto. 34 Id quod nocuit mihi. 35 Undis maris Ægæi, quod Euboïcam insulam alluit. 36 Aquam ejusdem maris Ægæi. Q. d. audet iterum navigare per illud mare, in quo semel naufragium fecit. Est autem *Caphareus* mons Euboïcæ insulæ. Helleſpontum versus. Allegoricè autem facit Musas *Capharea*, seu *navem*. i. ipsos Græcos illisos in illud promontorium. Alludit enim Poëta ad naufragium illud, quod Græci, Troja redeuntes circa Caphareum fecerunt, insultante illis Nauplio, propter cædem Palamedis. Vide l. 1. El. 1.
* Lucubro. 37 Quod utiliùs non editum fuisset.

Experior curis & 38 dare verba meis. 40
Quid potiùs faciam desertis 39 solus in oris?
Quam-ve malis aliam quærere coner opem?
Sive locum spectes, locus est 40 inamabilis, & quo
Esse potest toto tristius orbe nihil:
41 Sive homines, vix sunt homines hoc nomine digni, 42 43
Quàmque lupi, sævæ plus feritatis habent.
Non metuunt leges, 44 sed cedit viribus æquum,
Victaque pugnaci jura sub ense jacent.
45 Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis,
Oraque sunt longis horrida tecta comis. 50
In 46 paucis 47 exstant Græcæ vestigia linguæ,
Hæc quoque jam 48 Getico barbara facta 48 sono
Unus in hoc non est populo, 49 qui fortè Latinè
50 Quælibet è medio reddere verba queat.
Ipse ego Romanus vates (51 ignoscite Musæ) 55
52 Sarmatico cogor plurima more loqui.
53 Et pudet, & fateor: jam desuetudine longâ
Vix 54 subeunt ipsi verba Latina mihi.
Nec dubito, quin sint & in hoc non pauca libello
Barbara: non hominis culpa, sed illa loci. 60
Ne tamen 55 Ausoniæ perdam 56 commercia linguæ,
57 Et fiat patrio 58 vox mea muta 59 sono:
Ipse 60 loquor mecum, 61 disuetaque verba retracto:
Et studii repeto signa sinistra mei.
62 Sic animum tempusque trabo, neque ipse 63 reduco 65
A contemplatu semoveoque mali.
Carminibus quæro miserarum oblivia rerum:
64 Præmia si studio consequar ista, sat est.

38 Fallere curas meas.
39 Romanus.
40 Inamœnus, ingratus.
41 Sc. *specto.*
42 Quia ratione non utuntur.
43 Sc. *habent.* i. sæviores sunt lupis.
44 Sed jus vi vincitur.
45 Pellitis vestibus, togisque.
46 Vocibus.
47 Al. *remanent.*
48 Geticâ inflexione & terminatione.
49 Qui fortè possit esse interpres inter Latinum & Tomitanum.

50 Tritissima, vulgaria, quotidiana interpretari possit. 51 Me Barbarum ideri. 52 Sarmaticâ linguâ. 53 Sic. l. 3. El. ult. *Dicere sæpè aliquid conanti, turpe fateri, Verba mihi desunt, dedidicique loqui.* 54 In promptu sunt, occurrunt. 55 Latinæ. 56 Usum. 57 Et ne obliviscar paternam linguam. 58 Verba mea. 59 Latino sermone. 60 Scribo. 61 Jamdiu à me intermissa. 62 Eo modo animus quiescit, & fallitur, & tempus ita producitur. 63 Removeo tantisper à molestiis. 64 Oblivia miserarum rerum. Q. d. Satis magnum præmium me arbitror consecutum, si tranquillitatem animi subindè carminibus faciendis adipiscar.

ELEGIA VIII.

NOn adeò 2 cecidi, quamvis 3 abjectus, ut infra
Te quoque sim, 4 inferiùs quo nihil esse potest.
Quæ tibi res 5 animos in me facit improbe? cur-ve
Casibus 6 insultas, quos potes ipse pati?
Nec mala 7 te reddunt mitem placidumque jacenti
Nostra, quibus possint 8 illacrymare feræ?
Nec metuis dubio Fortunæ stantis 9 in orbe
Numen? & exosæ 10 verba superba Deæ?
11 Exiget ab dignas 12 ultrix Rhamnusia pœnas!
13 Impositò calcas quid mea fata pede?
Vidi ego naufragiumque viroſque sub æquore mergi:
14 Et nunquam, dixi, justior unda fuit.
15 Vilia qui quondam miseris alimenta, negârat,
Nunc mendicato pascitur ipse cibo.
16 Passibus ambiguis Fortuna 17 volubilis errat,
Et manet in nullo certa 18 tenaxque loco:
Sed modò 19 læta manet, vultus modò sumit acerbos,
20 Et tantùm constans in levitate suâ est.
Nos quoque 21 floruimus: 22 sed flos fuit ille caducus,
Flammaque de stipulâ nostra brevisque fuit.
Ne-ve tamen totâ 23 capias fera gaudia mente,
24 Non est placandi spes mihi nulla 25 Dei.
26 Vel quia peccavi 27 citra scelus; 28 utque pudore

1 Inimicum sibi insultantem monet, ut memor fortunæ varietatis, minimè lætetur ejus exilio & ruinâ: quandoquidem possit accidere, ut in patriam redeat, illumque videat graviore aliquâ causâ fugatum.
2 Prostratus, infelix sum.
3 Contemptus.
4 Vilius, & contemtius

5 Audaciam. 6 Irrides. 7 Commiserationem in re excitant. 8 Condolere. 9 In globo volubili, ubi omnia incerta sunt. Fortuna enim non modò cæca existimata fuit. sed etiam inconstans, incerta, & varia. 10 Imperium. 11 Inferet tibi pœnas. 12 Indignationis & vindictæ Dea, quam Græci *Nemesin* vocant. Indignabitur enim superbis & elatis. Dicta est: *Rhamnusia* à pago *Rhamnunte*, ubi templum illius fuit. 13 Arrogantur. Q. d. Quid me abjectum & exulem usque adeo despicis, tanquam vile lutum: quod pedibus ingredientium conculcatur? 14 Et nunquam dixi, merito illorum id accidit. Q. d. Nunquam malo alieno gavisus fui. 15 Vidi etiam divitem redactum ad id inopiæ ut mendicaret. 16 Incerto gressu. Fortuna enim incerta est. Unde Virg. *Multa dies variusque labor mutabilis ævi Rhœtulit in melius, multos alterna revisens Lusit, & insolido rursùs Fortuna locavit.* Vide quæ nos ad Sal. p. 37. a. & b. & p. 38. a. & b. 17 Inconstans. 18 Et firma. 19 Felix. 20 Et perpetuò levis & inconstans est. 21 Virtute, nobilitate, honore. 22 Sed felicitas illa fuit brevis. 23 Ob infortunium meum. 24 Non est nulla. i. aliqua. 25 Cæsaris Augusti. 26 Rationem reddit quare speret Cæsarem leniri posse. 27 Sive scelere; sed errore & imprudentia. 28 Et ut meum crimen sive factum non caret ignominia. Intelligit enim factum suum scelere quidem carere, sed pudendum tamen esse quiddam, sive de quo pudeat dicere.

Non

Non caret, 29 invidiâ ſic mea culpa caret:
30 Vel quia nil ingens, 31 ad finem Solis ab ortu,
Illo, cui paret, mitius orbis habet.
Scilicet ut 32 non eſt per vim 32 ſuperabilis ulli,
33 Molle cor ad 34 timidas ſic habet illè preces.
Exemploque 35 Deûm, 36 quibus acceſſurum & ip
ſe eſt,
37 Cum pœne veniâ 38 plura petenda petam.
39 Si numeres anno Soles & nubila toto,
Invenies 40 nitidum ſæpius eſſe diem.
Ergo, ne nimium noſtrâ lætere ruinâ,
41 Reſtitui quondam me quoque poſſe puta.
Poſſe puta fieri, lenito Principe, vultus
Ut videas mediâ 42 triſtis in Urbe meos:
42 Utque ego te videam 43 causâ graviore 44 fugæ
tum:
45 Hæc 46 ſunt à primis proxima 45 vota meis.

29 Odio. Q. d. Crimen meum odioſum non eſt. 30 Ordo eſt: *Vel quia ingens orbis habet nil mitius illo* ſc. Cæſare, *cui paret.* i. cui ipſe orbis ſubjectus eſt, &c. 31 Ab Oriente ad Occidentem. 32 Invictus. 33 Placabile. 34 Humiles. 35 Deorum, qui ſolent veniam hominibus concedere aut, qui magis proſint, quàm obſint. 36 In quorum numerum etiam ipſe Auguſtus perventurus eſt. Sic ſuprâ El. 5. *Dii tamen & Cæſar Dîis acceſſure.* 37 Ut mihi ignoſcat. 38 Plura quàm ab eo petiturus ſum. i. impetrem ab eo ut mihi ignoſcat, & alia quædam. 39 Si compares cœlum ſerenum cum nubilo. Oſtendit, Deos plus de hominibus benè mereri. 40 Clarum. 41 In patriam revocari. 42 Ob reſtitutionem meam in patriam. 42 Sc. *Et puta poſſe fieri.* 43 Ob majus delictum, quàm ſit meum. 44 In exilium miſſum. Sic l. 1. El. 2. *Quod quem fugat ille, tenetis?* 45 Ut videam te graviore causâ fugatum. 46 Sunt ſecunda poſt prima mea vota: quæ ſunt, ut primò reducar! ſecundò ut tu exules.

ELEGIA IX.

1 O Tua ſi ſineres in noſtris nomina poni
2 Carminibus, poſitus quàm mihi ſæpè fores!
Te canerem 3 ſolum 4 meriti memor, in que libellis
5 Creviſſet ſine te 6 pagina nulla meu.
Quid tibi deberem, totâ ſciretur in urbe:
7 Exul in amiſſâ ſi tamen urbe legor.
Te præſens mitem noſſet, te 8 ferior ætas:
9 Scripta vetuſtatem ſi modò noſtra ferent.
Nec 10 tibi ceſſaret doctum 10 benè dicere lector:

1 Laudat amici fidem, fateturque ejus beneficio ſe vitam ducere, ſimulque gratias agit. Postremo dicit, ſe libenter ejus beneficia nota omnibus facturum fuiſſe, ſi ille ſuis ſcriptis nominari pateretur. 2 Libri. 3 Præ omnibus. 4 Auxilii. 5 Nulla pagina acceſſiſſe: ſine nomine tuo. i. omnibus paginis te celebraſſem. 6 Nulli libri mei. 7 Si populus dignatur exulis ſcripta legere. Metonymia. 8 Poſteri. 9 Si ſcripta noſtra ad poſteros ſunt perventura. 10 Laudare te.

Hic

Hic te [11] *ſervato vate* [12] *maneret honor.*
Cæſaris eſt primum munus, [13] *quòd ducimus auras:*
Gratia [14] *poſt magnos eſt tibi habenda Deos.*
Ille dedit vitam: tu, quam dedit ille, tueris,
Et facis [15] *accepto munere poſſe frui.*
Cùmq; perhorreres [16] *caſus* [17] *pars maxima noſtros,*
[18] *Pars etiam credi pertimuiſſe velit,*
[19] *Naufragiumque meum tumulo ſpectarit ab alto,*
Nec dederit nanti per freta ſæva manum:
[20] *Seminecem* [21] *Stygiâ revocaſti ſolus ab undâ,*
Hoc quoque, quod memores poſſumus eſſe, [22] *tuum eſt.*
Dî tibi ſe tribuant cum Cæſare ſemper [23] *amicos:*
Non poſſit votum [24] *plenius eſſe meum.*
[25] *Hæc meum* [26] *erguiis, ſi tu paterêre, libellis*
Poneret in multâ luce videnda [26] *liber.*
Nunc quoque ſe, quamvis jam eſt juſſa quieſcere, quin te
Nominet [27] *invitum, vix mea Muſa* [28] *tenet.*
Utque canem pavidæ nactum veſtigia cervæ
[29] *Luctantem fruſtrà* [30] *copula dura* [31] *tenet:*
Utque fores [32] *nondum reſerati carceris acer*
Nunc pede, nunc ipſa fronte laceſſit equus:
Sic mea, [33] *lege data,* [34] *victa atque incluſa*
Per titulum [36] *vetiti nominis ire cupit.* (*Thalia*
Ne tamen officio memoris [37] *lædaris amici,*
Parebo juſſis, [38] *parce timere, tuis.*
At nos parerem, ſi [39] *non meminiſſe putares:*
[40] *Hoc quod non prohibet vox tua, gratus ero.*
Dùmque (quod ô breve ſit) [41] *lumen vitale, videbo,*
[42] *Serviet officio ſpiritus iſte tuo.*

11 Me Ovidio à te ſervato.
12 Hunc tibi honorem conciliarem.
13 Quòd reſpiramus. i. vivimus.
14 Poſt Jovem & Auguſtum: *vel*, poſt Auguſtum & ejus liberos. i. tu ſecundò vitæ meæ cauſa es.
15 Acceptâ vitâ.
16 Exilium meum. i. ne mecum relegaretur.
17 Amicorum.
18 Cùm etiam quidam non veri amici ſimularent timere, ut ſic ab onere defendendi me liberarentur cùm tamen nihil timerent.
19 Et cùm miſeriam meam viderit, nec tulerit mihi opem. Allegoria eſt.
20 Nimium afflictus, ne penitus interirem, effeciſti, ſolus poſt Auguſtum ſervaſti me.
21 A morte.
22 Quia ſi non viveremus non poſſemus eſſe memores.
23 Propitios.
24 Majus eſſe, quàm precari, ut Dii cum Cæſare tibi ſint amici & propitii.
25 Beneficia.
26 Eruditis, nec vulgariter ſcriptis.
25 Meum ſtudium.
27 Contra voluntatem tuam.
28 Vix ſe cohibet.
29 Nitentem inſequi.
30 Durus funis quo canes à venatoribus allegati dicuntur.
31 Vix alligatus tenetur alteri cani.
32 Nondum aperti termini, undè equi incipiant currere.
33 Ne te nominem.
34 Ligata: imperato ſc. ſibi ſilentio.
35 Muſarum una.
36 Abs te vetiti, qui non pareris nomen tuum in carminibus meis poni.
37 Damnum feras.
38 Te nominandum.
39 Me non recordari tui. Q. d. Mallem te nominare potius, quàm me immemorem judicares.
40 In illo officio quod non prohibes.
41 Lumen hoc quo vivimus, vitales auras. i. vitam, i. quamdiu vivum.
42 Obſequar tibi.

ELEGIA X.

1 Postquam tres annos se in Ponto fuisse scribit Poëta, eos tamen sibi decem videri, idque loci asperitate, & difficultatibus, quas deinde subjungit. 2 Congelatus fuit. Quibus verbis tertiam hyemem. i. tertium annum designat. 3 Decem. 4 Obsessa. Decem enim annos Troja à Græcis obsessa fuit. 5 Credas tempora non labi, nec moveri cùm tempus sit numerus motus secundum prius & posterius. 6 Et annus diu durat. 7 *Solstitium* dicitur, quasi *sōlis statio* cùm sol ultrà non progreditur, sed retrocedere incipit. Sunt autem duo solstitia: alterum æstivum (de quo hic intelligit Ovidius) i. octavo Kalendas Julii, cùm noctes fiunt breviores: alterum hyemale, octavo Kalendas Januarii, Sole in Capricornum transitum faciente. 8 Breviores nocte efficit. Quamvis enim noctes eo tempore sint breviores, longiores tamen Ovidio videbantur. Quod his accidit, qui gravi aliquâ curâ conficiuntur. 9 Breves. Eo enim tempore & noctes sunt longæ, & dies breves. 10 Solstitium hyemale. 11 Quia omnia mihi videntur mutata. 12 An cælum more solito movetur? 13 Sc. me. Incommoda Scythiæ commemorat, ut probet, tempora ita sibi videri propter vitæ infelicitatem. 14 Quia potius est inhospitalis. *Euxinus* enim significat hospitalis. Vide supra l. 3. El. 13. & l. 4. El. 4. 15 Verè terra, ut in sinistrâ parte sita, sic etiam infelix. Læva enim Pontum ingredientibus erat Tomos. 16 Urbem. 17 In quo urbs sita est. 18 Situ & naturâ loci, quia naturâ munita est. Sic Tacit. l. 6. Locorumque ingenio *sese contra imbelles regis copias tutabantur*. 19 Missa. 20 Colligimus. 21 Hostilia, venenata. 22 Agros. 23 Non cerâ, sed pice. 24 Fistalis.

1 UT *sumus in Ponto, ter frigore* 2 *constitit Ister:*
Facta est Euxini dura ter unda maris.
At mihi jam videor patriâ procul esse 3 *tot annis,*
Dardana quot Grajo Troja 4 *sub hoste fuit.*
5 *Stare putes, adeò procedunt tempora tardè,* 5
6 *Et peragit lentis passibus annus iter.*
Nec mihi 7 *solstitium* 8 *quicquam de noctibus auferi,*
Efficit 9 *augustos nec mihi* 10 *bruma dies.*
Scilicet in nobis rerum natura 11 *novata est,*
Cumque meis curis omnia longa facit. 10
12 *An peragunt solitos communia tempora motus?*
Sunque magis vitæ tempora longa meæ:
13 *Quem tenet Euxini* 14 *mendax cognomine littus,*
Et Scythici 15 *verè terra sinistra freti.*
Innumeræ circùm gentes fera bella minantur, 15
Quæ, nisi de rapto vivere turpe putant.
Nil 16 *extrà tutum est,* 17 *tumulus defenditur ipse*
Mœnibus exiguis, 18 *ingeniosque loci.*
Cùm minimè credas, ut avis, densissimus hostis
Advolat, & prædam, vix bene visus agit. 20
Sæpè intra muros clausis 19 *venientia portis*
Per medias 20 *legimus* 21 *noxia tela vias.*
Est igitur rarus, qui jam 22 *celere audeat, isque*
Hac arat infelix, hac tenet arma manu.
Sub galeâ pastor juncîs 23 *pice canat* 24 *avenis:* 25

25 *Pro-*

25 *Proque lupo pavidæ bella verentur oves.*
26 *Vix ope caſtelli defendimur, & tamen intùs*
Miſta facit Grajis 27 *barbara turba metum.*
Quippe ſimul 28 *nobis habitat* 29 *diſcrimine nullo*
Barbarus, 30 *& tecti plus quoque parte tenet.*
Quos, 31 *ut non timeas, poſſis odiſſe, videndo*
Pellibus & longâ corpora tecta comâ.
Hos quoque, 32 *qui geniti Grajâ creduntur ab urbe,*
33 *Pro patrio cultu* 34 *Perſica bracca tegit.*
Exercent 35 *illi* 36 *ſociæ commercia linguæ:*
37 *Per geſtum res eſt ſignificanda mihi.*
38 *Barbarus hic ego ſum, quia non intelligor ulli,*
Et rident 39 *ſtolidi verba Latina Getæ.*
Meque palam tuìò de me mala multa loquuntur:
Forſitan 40 *objiciunt exiliumque mihi.*
41 *Utque fit, in me aliquid, ſi quid dicentibus illis*
Abnuerim quoties, adnuerimque, putant.
Adde, 42 *quòd injuſtum rigido jus dicitur enſe,*
Dantur & in medio vulnera ſæpè foro.
O 43 *duram* 44 *Lacheſin, quæ* 45 *tam grave ſidus habenti*
46 *Fila dedit vitæ non breviora meæ!*
Quòd 47 *patriæ vultu, veſtroque caremus amici,*
Quod ſic in Scythicis gentibus 48 *eſſe queror:*
49 *Utraque pœna gravis: merui tamen* 50 *Urbe carere:*
Non merui tali 51 *forſitan eſſe loco.*
Quid loquor ab demens? ipſam quoq; perdere vitam,
Cæſaris offenſo numine, dignus eram.

25 Et non timent tam lupos, quàm bella & hoſtes.
26 Ægrè cum difficultate.
27 Getæ, qui unâ cum Græcis Tomon habitant.
28 Nobiſcum in eâdem domo.
29 Nihil nos ſeparante.
30 Et majorem domus partem habitat.
31 Pellitis veſtibus & togis.
32 Coloni Græci.
33 Pro habitu Græco, qui eſt cultior & civilior.
34 Veſtis illa, quâ utuntur etiam Perſæ. 35 Getæ & Græci. 36 Notæ. 37 Ut faciunt multi. 38 Quia linguam illorum intelligere non poſſum. 39 Stupidi, nullius judicii. 40 Exprobrant. 41 Ordo eſt: *Et ut fit, putant aliquid in.* i. contra vel de, *me,* ſc. mali, *ſi quid abnuerim.* i. capite negaverim, *& quoties adnuerim.* i. capite affirmaverim, *illis.* i. Barbaris, *dicentibus.* i. loquentibus, *quid,* i. aliquid. 42 Quòd armis, non legibus, controverſiæ finiantur. Hoc eſt quòd paulò antè dixit *Victaque pugnaci jura ſub enſe jacent.* Ita Cicero: *Silent inter arma leges.* 43 Al. *diram.* 44 Lacheſis, Atropos & Clotho tres Parcæ, quæ fatis hominum diſpenſandis præeſſe finguntur. 45 Tam infelici ſidere nato. i. tam infelici. 46 Mihi non dedit breviorem vitam, ſed quæ mihi producit vitam ad miſeriam. 47 Romæ. 48 Vivere. 49 Et carere amicorum conſuetudine, & in Scythiâ vivere. 50 Româ abeſſe. 51 Ne abſolutè affirmando Cæſarem offendat, & injuſtitiæ coarguat.

ELEGIA XI.

1 Dolet Poëta, uxorem ab inimico jurgiis lacessitam, exulisque uxorem appellatam. Eam hortatur, ut omnia patiatur, quandoquidem Augustus se non exulem, sed relegatum nominavit. 2 Sic per contemptum interdum loqui solemus, cùm indignum æstimamus eum, ut nominemus. 3 Inter jurgia. 4 Objecerit tibi. 5 Epistola. 6 Quòd ego exul nominor. 7 Pudibundam factam. 8 Cum ego discederem a te. 9 Mitior: relegatus enim sum, non exul. 10 Me læsisse Cæsarem. 11 Priusquam ego Cæsarem offendi. 12 In periculo est. 13 Submersa. 14 Reductione. 15 Eripuit Cæsar. 16 Errore. 17 Nullâ me aliâ pœna affecit, nisi solum vertere, sive Româ migrare. 18 Domo. 19 Sc. *fuit mite*. 20 Non licet non potest, οὐκ ἐστι. 21 Non potest perire. 22 Ipso Augusto judice. Is enim judicavit me non exulem, sed relegatum: quæ pœna mollior erat. Sic. l. 2. *Quippe relegatus non exul, dicor in illo.* Et El. 2. hujus libri: *Nec exul Evicti verbis non minor ipse tui.* 23 Quantum possunt, quantum in ipsis est, quantæ sunt eorum vires. 24 Et velint te esse Deum non apud ipsos in cœlo, sed nobiscum. 25 Alio loco, quam illi sunt.

[1] *Quòd, te, [2] nescio quis, [3] per jurgia [4] dixerit esse*
Exulis uxorem, [5] littera questa tua est:
Indolui: non tam mea [6] quòd fortuna malè audit,
Qui jam consuevi fortiter esse miser:
Quàm quòd, cui minimè vellem, sum causa pudoris,
Teque reor nostris [7] erubuisse malis.
Perfer, & obdura, multò graviora tulisti,
[8] Eripuit cùm me Principis ira tibi.
Fallitur iste tamen, quo judice nominor exul:
[9] Mollior est culpam pœna secuta meam.
Maxima pœna mihi est [10] ipsum offendisse, [11] priusque
Venisset mallem funeris hora mihi.
[12] Quassa tamen nostra est, non mersa, nec [13] obruta navis:
Utque caret [14] portu, sic tamen extat aquis.
Nec vitam, nec opus, nec jus mihi civis [15] ademit,
Qui merui [16] vitio perdere cuncta meo.
Sed quia peccato facinus non adfuit ullum,
[17] Nil nisi me patriis jussit abesse [18] focis.
[19] Utque aliis, quorum, numerum comprendere non est,
Cæsareum numen, sic mihi mite fuit.
Ipse relegati, non exulis utitur in me
Nomine, [21] tuta [22] suo judice causa mea est.
Jure igitur laudes, Cæsar, [23] pro parte virili
Carmina nostra tuas qualiacunque canunt.
Jure Deos, ut adhùc cœli tibi limina claudant,
[24] Teque velint [25] sine se, comprecor, esse Deum.

Optat idem populus: 26 *ſed, ut in mare flumina vaſtum,*
Sic ſolet exiguæ currere rivus aquæ.
27 *At tu fortunam, cujus vocor exul ab ore,*
28 *Nomine mendaci* 29 *parce gravare meam.* 30

26 Ita meæ ut populi, preces ad eos perveniunt, quemadmodum & parva flumina mare ita ingrediuntur ut magna. Eſt autem in his verbis Allegoria, quâ ſe facit *rivum*, populum Romanum *flumen*, & *currere* pro precari. mare vaſtum pro Cæſare vel Diis. 27 Apoſtrophe ad illum conviciatorem qua petit ut ab hac petulantia deſiſtat. 28 Nomine falſo: non enim ſum exul, ſed relegatus, quod minùs eſt infame. 29 Noli miſeriæ meæ quippiam addere.

ELEGIA XII.

1 *Scribis, ut oblectem ſtudio* 2 *lacrymabile tempus,*
Ne pereant 3 *turpi pectora noſtra* 3 *ſitu:*
Difficile eſt, quod, amice, mones: quia carmina lætum
Sunt opus, & 4 *pacem mentis habere volunt.*
Noſtra per adverſas agitur fortuna procellas: 5
5 *Sorte nec ulla meâ triſtior eſſe poteſt.*
6 *Exigis, ut* 7 *Priamus natorum funere* 8 *plaudat,*
Et 9 *Niobe* 10 *feſtos ducat ut orba* 10 *choros.*
Luctibus, an ſtudio videor debere 11 *teneri,*
12 *Solus in extremos juſſus abire Getas?* 10
Des licet hic 13 *valido pectus mihi* 13 *robore fultum,*
Fama referi 14 *Anyti quale fuiſſe* 14 *reo:*

1 Amice, hortanti ut exilium carminibus oblectaret, reſpondet Poëta: cauſaſque aſſignat, cur id ſibi facere non liceat. Denique oſtendit, ſe non poſſe teneri, quin ſemper aliquid componat, compoſita vero igni comburat. 2 Tempus hoc mei exilii. 3 Turpi ignavia: quia ignavia & deſidia, quibus ingenia velut ſitum contrahunt, ignominiâ non carent. 4 Otium, tranquillitatem animi. Hoc eſt quod ſupra dixit l. 1. El. 1. *Carmina proveniunt animo deducta ſereno, Nubila ſunt ſubitis tempora noſtra malis. Carmina ſeceſſum ſcribentis & otia quærunt: Me mare, me venti, me fera jactat hyems.* 5 Conditione, ſtatu meo. 6 Petis. Amplificatio Priami & Niobes exemplis. 7 Rex Trojæ, quinquaginta liberos amiſerat. 8 Lætitiæ ſigna det. 9 Tantali filia, Pelopis ſoror, uxor Amphionis regis Thebanorum: quæ eum marito ſuo ſeptem filios totidemque filias peperiſſet, animo elata. Latonæ ſeſe præferre non dubitavit. Quâ re indignata Dea Latona, Apollinis & Dianæ ſagittis liberos Niobes unum omnes interficiendos curavit Niobenque ipſam in ſaxum mutavit Vide Met. 6. Fab. 4. 10 Feſtivas ſaltationes. Chorus multorum vocibus conſtat. Eſt enim *chorus* multitudo cantorum, ad muſicum concentum conficiendum parata. 11 Deineri, occupari. 12 Sine comitibus. 13 Conſtantiâ inſuperabili. 14 Socrati, qui fuit reus Anyti, i. ab Anyto accuſatus, ſive quem Anytus accuſavit accuſatio hæc erat. Socrates injuſtè agit, juventutem depravans, ac Deos, quos civitas putat, ipſe non putans, ſed alia quædam nova dæmonia, ut docet Plato in Apologiâ Socratis: ubi addit eum tantâ fuiſſe ſapientiâ & fortitudine, ut noluerit pro ſe aut cauſam dicere, aut quenquam precari. Vide & Laert. Socrat.

15 Non poterit contra niti, sed tantæ moli calamitatis succumbet.
16 Socrates.
17 Oracula Apollinis.
18 In hac miseriâ, quâ ego sum.
19 Quamvis omnium oblivi-scar.
20 Hostilis.
21 Prohibet me versus componere.
22 Longâ componendi desuetudine. Metaphora à ferro petita.
23 Languet.
24 Colatur.
25 Inutiles herbas.
26 In stabulis.
27 Terminis, undè equi incipiunt currere.

15 *Fracta cadet tantæ sapientia mole ruinæ:*
Plus valet humanis viribus ira Dei.
Ille 16 *senex dictus sapiens* 17 *ab Apolline, nullum*
Scribere 18 *in hoc casu sustinuisset opus.* 16
19 *Ut veniant patriæ veniant oblivia nostri,*
Omnis & admissi sensus abesse queat;
At 20 *timor* 21 *officio fungi vetat ipse quieto,*
Cinctum ab innumero me tenet hoste locus. 20
Adde, quòd ingenium 22 *longâ rubigine læsum*
23 *Torpet, & est multò, quàm fuit antè, minus.*
Fertilis, assiduo si non 24 *renovetur aratro,*
Nil, nisi 25 *cum spinis gramen, habebit ager.*
Tempore qui longo 26 *steterit, male curret, & inter*
27 *Carceribus missos, ultimus ibit equus.* 25
Vertitur in teneram 28 *cariem, rimisque debiscit,*
Si qua diu solitis cymba 29 *vacavit aquis.*
30 *Me quoque desperо (*31 *fuerim cùm parvus & antè)*
Illi, qui fueram, posse redire parem. 30
32 *Contudit ingenium* 33 *patientia longa malorum,*
Et pars antiqui magna vigoris abest.
Sæpè tamen nobis, ut nunc quoque, 34 *sumpta tabella est,*
Inque suos volui cogere 35 *verba pedes:*
Carmina scripta mihi sunt nulla, aut qualia cernis,
Digna sui domini 36 *tempore, digna* 37 *loco.* 36
Denique non parvos animo dat 38 *gloria vires,*
Et 39 *fœcunda facit pectora laudis amor.*
Nominis & famæ quondam 40 *fulgore trahebar,*
Dùm tulit 41 *antennas aura secunda meas.* 40
42 *Non adeò est benè nunc,* 43 *ut sit mihi gloria curæ:*
Si liceat, 44 *nulli cognitus esse velim.*
45 *An, quia* 46 *cessérunt primò benè carmina, suades*

Virg. *Ut, cùm* carceribus *sese effudère quadrigæ*, &c. 28 Putredinem lignum corrumpentem. 29 Non fuit in solitâ aquâ. 30 Minimè puto me posthac id effecturum, quod effeci. 31 Cùm nec antè magno fuerim ingenio, quando florebam. 32 Fregit, comminuit. 33 Diu enim mala passus sum. 34 Versus scripsi. 35 Versus. 36 Tristi. 37 Barbaro. 38 Cupido gloriæ Hinc alibi: *Laudataque virtus Crescit, & immensum gloria calcar habet.* 39 Al. *facunda.* 40 Celebritate. 41 Navem. Metaphora. *Antenna* est lignum transversum in malo. 42 Non tam benè res meæ sese nunc habent. 43 Fortunatorum enim istæ cogitationes sunt. 44 Propter infamiam exilii. 45 Ironica interrogatio. 46 Successerunt, felicia mihi fuerunt.

Scri-

Scribere, 47 *ſucceſſus ut ſequar ipſe meos?*
48 *Pace novem veſtrâ liceat dixiſſe* 49 *ſorores,*
Vos eſtis 50 *noſtræ maxima cauſa* 50 *fugæ.*
Vique dedit 51 *juſtas* 52 *tauri fabricator aheni,*
Sic ego de pœnas artibus ipſe meis.
53 *Nil mihi debuerat cum verſibus ampliùs eſſe.*
Sed fugerem meritò naufragus omne 54 *fretum,*
55 *At puto,* 56 *ſi demens ſtudium fatale retentem,*
Hic mihi præbebit 57 *carminis arma locus.*
Non liber hic ullus, non, qui 58 *mihi commodet aurem,*
Verbaque ſignificent quid mea, norit, adeſt.
59 *Omnia barbariæ loca ſunt, vociſque ferinæ:*
Omnia ſunt Getici plena timore ſoni.
Ipſe mihi videor jam dediciſſe Latinè:
Nam didici Geticè Sarmaticeque loqui.
Non tamen, ut verum fatear tibi, noſtra revelli
60 *A componendo carmine Muſa poteſt.*
Scribimus, & ſcriptos abſumimus igne libellos:
Exitus & ſtudii 61 *parva favilla mei.*
62 *Nec poſſum, & cupio non ullos ducere verſus:*
Ponitur 63 *idcircò noſter in igne labor.*
Nec, niſi pars caſu flammis erepta 64 *dolo-ve,*
Ad vos ingenii pervenit ulla mei.
65 *Sic utinam, quæ nil metuentem* 66 *tale* 67 *magiſtrum*
Perdidit, in cineres 68 *ars mea verſa foret.*

47 Ut fortunam eandem ſequar?
48 Bonâ veniâ.
49 Muſæ.
50 Carmina, quorum vos Muſæ autores eſtis.
51 Se. *pœnas.*
52 Periſſus. Vide l. 3. El. 11.
53 Rei, communionis. Prudentis enim non eſt, ad id redire, unde detrimentum acceperis.
54 Periculum.
55 Ironicè hæc dicuntur.
56 Si repetam ſive regrediar ad ſtudium meum, quod mihi fato quodam nocuit, inveniam arma carmini idonea. 57 Libros denotat, & ea quæ ſubjungit. 58 Me audiat. 59 Ordo eſt: *Omnia ſunt loca barbariæ, & vocis ferinæ.* i. tenentur à barbarie, & ferinâ voce. i. voce quæ homines non ſonat: ut genitivi *(barbariæ, & vocis ferinæ)* regantur à verbo *ſunt*. 60 Quo minùs componat. 61 Parvus ignis ſeu parva favilla, & cinis eſt fructus ſtudii mei. 62 Et non poſſum non componere. 63 Hanc ob cauſam: quia cupio verſus facere, nec poſſum. 64 Ut me ipſum fallam. 65 Poſtremi hi duo verſus ſunt acerba optatio de Arte amandi, quam docuit Ovidius in poëmate, quòd exſtat. 66 Exilium indè oriturum. 67 Me Ovidium. 68 Libri de Arte amandi, aut tota Poëſis.

ELEGIA XIII.

1 Amicum hortatur, ut, quandoquidem amoris multa olim pignora sibi præstitit, nunc verbis & literis ne parcat. Quod si emendârit, dicit nihil ab ejus amicitiâ amplius desiderandum esse.

2 Sc. *littere.*

3 Salutem denotat. Q. d. Si salutem potest mittere, qui ipse salvus non est.

4 Tristis.

5 Ipsum corpus

[1] *Hanc tuus è* [2] *Getico mittit tibi Naso salutem,*
Mittere rem si quis, [3] *quâ caret ipse, potest.*
[4] *Æger enim* [5] *traxi contagia corpore mentis,*
Libera [6] *tormentô pars mihi ne qua* [7] *vacet:*
Perque dies multos [8] *lateris cruciatibus uror:*
Sic quoque non modico frigore læsit hyems.
Si tamen ipse vales, [9] *aliquâ nos parte valemus:*
Quippe mea est [10] *humeris fulta ruina tuis.*
Qui mihi cùm dederis [11] *ingenia pignora, cùmque*
[12] *Per numeros omnes* [13] *hoc tucare* [13] *caput:*
[14] *Quod tua me rarò solatur epistola, peccas:*
[15] *Remque piam præstas, & mihi* [16] *verba negas.*
[17] *Hoc, precor, emenda: quod si correxeris unum,*
[18] *Nullus in egregio corpore* [18] *nævus erit.*
[19] *Pluribus accusem, fieri nisi posset, ut ad me*
[20] *Littera non veniat, missa sit illa tamen.*
Dî faciant, ut sit [21] *temeraria nostra querela,*
Teque putem falso non meminisse mei.
[22] *Quod precor,* [23] *esse liquet* [24] *neque enim mutabile robur*
Credere me fas est pectoris esse tui.
[25] *Cana priùs* [26] *gelido desint absynthia* [26] *Ponto,*

mentis tristitiâ cœpit malè valere. 6 Cruciatu, dolore 7 Careat. 8 Pleuritide. i. dolore lateris laboro seu vexor. 9 In amicis. 10 Auxilio tuo sustentata, Sic l. 1. El. 5. Te mea, suppositâ veluti trabe, fulta ruina est. 11 Magnas significationes amoris. 12 Omnibus modis. 13 Me Δειτικῶς. 14 Quod rarò ad me scribas 15 Et opus pium facis officioque satisfacis, dùm tueris me per omnes numeros, meamque causam agis. 16 Literas tuas. 17 Ne neges mihi verba. 18 Nulla macula sive vitium. *Nævus* macula est, quæ in homine nascitur Hic verò pro maculâ amicitiæ ponitur. Q. d. Nihil abs te requiram ampliùs, si hanc veluti ex formoso corpore labem aut maculam unicam sustuleris. 19 Pluribus verbis officium tuum accusarem. 20 Epistola tua. 21 Vana, falsa, quòd literæ tuæ interierint. 22 Ut falso de te querar. 23 Apparet te scripsisse. 24 Credere nequeo mentis tuæ constantiam in me amando esse labefactatam. 25 Cujus folia sunt alba. 26 Ponticæ regioni frigidæ, Est enim in septentrione. In Ponto magna est absynthii copia: undè & cognomen *Pontici* habet.

Et careat dulci 27 *Trinacris Hybla thymo:*
Immemorem quàm te quiſquam 28 *convincat* 29 *amici:*
30 *Non ita ſunt fati ſtamina nigra mei.*
Tu tamen, ut 31 *falſæ poſſis quoque* 32 *pellere culpæ*
Crimina 33 *quod non es, ne videare, cave.*
Utque ſolebamus 34 *conſumere longa loquendo*
Tempora, 35 *ſermoni deficiente die:*
36 *Sic ferat, ac referat* 37 *tacitas nunc littera voces,*
Et 38 *peragant linguæ charta, manuſque vices.*
Quod fore, ne nimium videar 39 *diffidere, ſit me*
Verſibus hoc paucis admoniſſe ſatis:
Accipe, quo ſemper finitur epiſtola verbo,
Atque meis 40 *diſtent* 41 *ut tua fata, Vale.*

27 Hybla civitas Siciliæ. *Trinacria* autem Sicilia dicta eſt à tribus promontoriis, Pachyno ſc. Lilybæo, & Peloro. Græci enim ἄκρα *extremitates* vocant, vel *promonteria.* 28 Probet. 29 Mei.

30 Non ſunt adeò infelicia, ut ſis immemor amici. 31 Ut falsò dicaris amici immemor. 32 Tollere. 33 Deſertor amicitiæ. 34 Confabulando. 35 Cùm dies priùs, quàm verba, deficeret. i. in noctem uſque. 36 Sic fiat litterarum commutatio. 37 Scriptas. 38 Munus linguæ obeant quod epiſtola ſolet efficere. 39 Minus credere. 40 Diverſa ſint. 41 Utinam.

ELEGIA XIV.

1 *Quanta tibi dederim noſtris* 2 *monumenta libellis,*
3 *O mihi me conjux carior, ipſa vides.*
4 *Detrahat auctori multum fortuna* * *licebit:*
5 *Tu tamen ingenio clara ſerêre meo.*
6 *Dùmque legar, mecum pariter tua fama legetur,*

1 In hac ultimâ Elegiâ uxori immortalitatem pollicetur Poëta: 5 dicitque multas fore, quæ, quamvis miſeram eam eſſe exiſtiment, illi tamen invideant, & fœlicem appellent. Simulque oſtendit, nihil ab eo majus præſtari potuiſſe. Quod cum ita ſit, eam hortatur ut in fide permaneat, ne à quoquam jure accuſari queat. Exemplisque etiam probat, ejuſmodi fidem erga maritos nullo unquàm taceri ſolitam. 2 Laudes, per quas cognoſceris. 3 Exprimit hunc amorem l. 3. El. 3. *Omnia cùm ſubeant vincis tamen omnia conjux.* 4 Imminuat mihi, valdè infelicem me faciat. * Pro conjunctione *licet* poſitum eſt: quale eſt hoc Martialis: *Tu Cæſar vel noſte veni, ſint atra licebit: Non de crit populo, te veniente, dies.* 5 Tu tamen verſibus, ex ingenio meo projectis, celebrabere. 6 Et dùm ſcripta mea legentur.

7 Nec potest fama tua penitus deleri, quemadmodum corpus absumitur rogo.
8 Tota.
9 Meæ calamitatis.
10 Cùm mecum dolenter feras exilium meum.
11 A me prædicari.
12 Quam dedi. Intelligit. autem famæ immortalitatem.
13 Nihil divitiarum anima locupletis ad inferos feret. Propert. *Haud ullus portabis opes Acherontis ad undas: Nudus ad infernas, stulte, vehêre rates.*

7 Nec potes in mœstos 8 omnis abire rogos.
Cùmque viri casu possis miseranda videri,
Invenies aliquas, quæ quod es, esse velint:
Quæ te 9 nostrorum 10 cùm sis in parte 9 malorum,
Felicem dicant, 11 invideantque tibi.
Non ego divitias dando tibi 12 plura dedissem:
13 Nil feret ad manes divitis umbra suos.
14 Perpetui 15 fructum donavi nominis: idque,
Quo dare 16 nil potui munere majus, habes.
Adde, quod & 17 rerum sola es 18 tutela mearum,
Ad te non parvi venit 19 honoris onus:
Quòd 20 nunquam de te vox est mea muta, tuique
21 Judicis debes esse 21 superba 22 viri.
23 Quæ ne quis possit 24 temeraria dicere, 25 persta,
Et pariter serva meque, piamque fidem.
Nam tua, dum 26 stetimus turpi sine crimine mansit,
Et tantum probitas 27 irreprehensa fuit:
28 Par eadem nostrâ nunc est tibi facta 29 ruinâ:
30 Conspicuum virtus hic tua ponat 30 opus.
Esse 31 bonam facile est, 32 ubi, 33 quod vetat esse, 34 remotum est,
Et nihil officiis 35 nupta quod obstet, habet.
36 Cùm Deus intonuit 36 non se subducere nimbo,
Id demùm est pietas, id 37 socialis amor.

14 Æternæ famæ immortalitatem meis carminibus tibi comparavi. 15 Usum. 16 Immortalitatem famæ. 17 Fortunarum. 18 Gubernatrix. 19 Q. d. Quamvis sit onus & labor, res meas tueri, tamen erit magno honori. 20 Semper loquitur in laudem tuam. 21 Quòd vir tuus judicet te maximam. 22 Plena fastus. 23 Judicia. 24 Falsa & temerè ficta. 25 Persevera in amore conjugali. 26 In urbe viximus & floruimus, incolumes fuimus. 27 Non etiam laudata. 28 Ac anteà fuit. i. in nostrâ ruinâ parem te ostendisti, *vel*, parem ejus demonstrandæ occasionem habes. 29 Propter nostram ruinam. 30 Memorabile factum. i. quasi quandam statuam tua fides conjugalis erigat in hac ruinâ conspicuam omnibus. 31 Fæminam & uxorem. 32 Quando, cùm. 33 Illud quod prohibet esse bonam uxorem. Q. d. Nihil prohibet te quo minus sis mihi fida. 34 Est ademptum. Q. d. Facile uxor potest esse bona, quando ei id adimitur, quod eam bonam esse prohibet. 35 Et quando uxor secura apud maritum manere potest. 36 Cum adversi aliquid marito accidit, tùm laborem non refugere. Allegoria. 37 Conjugalis.

Rara

Rara quidem eſt 38 *virtus*, 39 *quam non fortuna* 40 *gubernat:*
41 *Quæ maneat ſtabili*, 42 *cùm fugit illa, pede.* 30
43 *Si tamen eſt*, 44 *pretium cui virtus ipſa petitum*,
45 *Inque parùm lætis* 46 *arduarebus adeſt:*
Si 47 *tempus numeres per ſæcula nulla* 48 *taoetur*,
Et loca tranſgreditur, 49 *quà patet orbis iter.*
Aſpicis, ut longo teneat laudabilis ævo 35
50 *Nomen inextinctum* 51 *Penelopeia fides?*
Cernis, ut 52 *Admeti cantetur, &* 53 *Hectoris uxor?*
Auſaque in accenſos 54 *Iphias ire rogos?*
Ut vivat fama conjux 55 *Phylaceia* 56 *cujus*
Iliacam celere vir pede preſſit humum? 40
57 *Nil opus eſt* 58 *morte pro me, ſed amore, fideque:*
59 *Non ex difficili fama petenda tibi eſt.*
Nec te credideris, 60 *quia non facis iſta moneri:*

38 Amicitia.
39 Q. d. Rari ſunt, qui non ſequantur fortunam potius, quam virtutem.
40 Regit, ut, creſcente illâ creſcat; deficiente, deficiat.
41 Et virtus, quæ permaneat immutabilis, eſt rara.
42 Cùm fortuna aliquem deſerit. 43 Sc. *aliqua virtus*. i. ſi quis bonus invenitur, quem non gubernet fortuna, ſed virtus ipſa: quia vix reperitur aliquis qui gratis velit eſſe probus. 44 Cui ipſa virtus eſt pretium meriti ſui: quia vir bonus non ducitur fortunâ, nec aliud præmium quærit, quàm virtutem. Virtus enim per ſe adpetitur. 45 In rebus adverſis. 46 Magnifica, erecta, non ad fortunam inclinata. 47 Quo laudatur. 48 Siletur virtus ipſa. Ea enim ſemper vivit vigetque. 49 Incolæ omnium locorum orbis mirantur virtutem. 50 Immortalem, non intermorituram famam. 51 Fides Penelopes erga Ulyſſem, Sic de Pont. l. 3. El. 1. *Æmula Penelope fiéres, ſi laude pudicâ, Inſtantes velles fallere nupta procos.* Vide Heroïd. Ep. 1. 52 Alceſtes, Theſtoris filia. Ibidem: *Si mea mora redimenda tuâ (quod abominor) eſſet, Admeti conjux, quam ſequeris, erat.* De harum amore erga maritos diximus ſuprà. 53 Andromache. Sic l. 1. El. 5. *Nec probitate tuâ prior eſt aut Hectoris uxor.* 54 Euadne, Iphiæ filia, uxor Capanei. Sic de Pont. L. 3. El. 1. *Iphias ante oculos tibi erit ponenda, volenti Corpus tu accenſos mittere forte rogos.* 55 Laodamia, Acaſti filia, uxor Proteſilai, ſic dicta à *Pulace* Theſtaliæ urbe, quæ ſub ejus mariti Proteſilai imperio fuit. 56 Cujus maritus Proteſilaus celeriter ſive primus in terram Trojanam egreſſus eſt. 57 Per ferrum ſc. & ignes: id enim ad exempla referendum eſt: Alceſtidis ſc. quæ pro marito Admeto mori voluit: Euadnes, quæ & ipſa rogum mariti conſcendit, eademque ſe eremari paſſa eſt: & Laodamiæ, quæ in viri amplexibus periit: Penelopes autem exemplum ad fidem maritalem pertinet: ea enim, ut fidem abſenti Ulyſſi ſervaret, Procos, in domo ipſius dominantes, textu ac retextu telæ eluſit: & Andromache, ut tolerantiæ exemplum à Poëtâ allegatur, quæ nullis adverſitatibus & periculis ſuorum, à viri amore ac fide ſeſe divelli paſſa eſt. 58 Al. *letho*. 59 Nam ut moriaris pro aliquo, eſt petere nomen ſibi ex difficili. Facilius enim eſt amare, & fidem ſervare, quàm mortem pro alio oppetere. 60 Tanquam immemorem officii.

61 *Vela*

61 Q. d. Sponte etiam currentem equum calcaribus incitamus: ideòque hæc amore magis impulsus ad te scribenda putavi, quàm quòd arbitrarer te præceptis & monitis meis egere. 62 Et hortando laudat quicquid agis.

61 *Vela damus, quamvis remige navis eat.*
Qui monet, ut facias, quod jam facis, ille monendo.
Laudat, 62 *& hortatu comprobat acta suo.*

FINIS.

INDEX

INDEX RERUM
ET
Verborum Memorabilium
Hoc Libello contentorum.

Prior numerus Latinus, Librum, poſterior Elegiam indicat, uti & prior Cypherus, quem vocant, verſum, alter notam.

A

Abdera urbs Thraciæ è regione Samotraciæ. I: ix. 19: 35.

Abrogare quid proprie ſignificet. II: i. 278: 37. Propter *abuſum* res ipſæ non debent tolli. II: i. à verſu 256 ad 300 uſque.

Abſynthium canum dicitur, quia alba habet folia, plurimum creſcit in Ponto: V. XIII. 25: 26.

Abſyrtus, qui etiam Ægialeus dicitur. Aëthæ, Colchorum Regis & Ipſiæ filius à ſorore ſua Medea membratim diſcerptus eſt. III: Ix. 6: 9, 10.

Abydos ſeu *Abydus*, urbs Aſiæ, patria Leandri. I: ix. 28: 50.

Accius atrox, Poëta Tragicus. II. i. 359: 44.

Acchilles Peleï & Thetidis filius Telephum haſta à ſe percuſſum, eadem ſanavit. I: i. 100: 30. Emſonius dicitur, ab Emo monte Theſſaliæ, III: xi. 28: 36. Ejus corpus, una parte excepta, fuit invulnerabile. I: ii. 5: 10. Sub muliebri veſte inter virgines delituit apud Lycomedem Scyri inſulæ regem. II: i. 405: 23. Ex cujus Deidamia Pyrrhum filium ſuum ſuſcepit. II: i. 399: 9. & 405: 23. Hectoris cadaver currui ſuo alligatum circum muros Trojanos traxit. IV:

IV: iii. 42, 43, 44. Fortiſſimus Græcorum non tulit lachrymas Priami. III: iv. 2: 38. & V: i. 55: 51, 53. Briſeïda rapuit. II: i. 405: 23. Lyra dolorem minuit. IV: I. 15: 19.

Acontius Cydippæ amorem ſuum quomodo pomo indicavit. III. ix. 73: 14.

Acriſius pater Danaës. II. i. 401. 14.

Actæon à canibus ſuis dilaceratus eſt, quod imprudens vidit Dianam. II: i. 5: 26.

Actorides pro Patroclo. I: viii. 29: 31. Vide *Patroclus*.

Adspartile latus. III. xi. 45: 67.

Admetus uxorem duxit Alceſtem, Peliæ filiam. II: i. 403: 19. Vide *Alceſte*. Hujus armenta pavit Apollo novem annis. ibid.

Adriaticum mare ita appellatum ab Adria urbe. I: ix. 9: 8.

Adulter unde componi videatur. II: i. 499: 67.

Adyta ſunt ſolis ſacerdotibus pervia. II: i. 305. 79.

Ædiles ludos aliquando populo exhibebant & fabulas Poëtarum emebat. II: i. 108: 81.

Aër nubibus obductus pluviam & tempeſtatem minatur. I: ii. 24, 39.

Æëta ſive *Æëtes* Rex Colchorum. III: ix. 9, 11: 16, 19. Vide *Medea* & *Tomos*.

Ægidos eſt Theſeus Ægei filius, Pirithoi amicus. V: iv. 127: 23. Vide *Theſeus*.

Ægiſtus Thiëſtis filius, adulterium cum Clytemneſtra commiſit, & Agamemnona interfecit. II: i. 396: 3, 4, 10. Hermionem Pyrrho, Achillis filio, concedit. II: i. 399: 10.

Æmilius Macer, Veronenſis Poëta, de avibus, ſerpentibus, & herbis carmina ſcripſit. IV: x. 44: 57.

Æmon rex Theſſaliæ. IV: i. 261: 18.

Æmoniâ vel Hæmoniâ regio Græciæ, alio nomine Theſſalia, prius Pyrrhea dicta. I: ix. 32: 51. & IV. i. 16: 20.

Æmonius equus pro equo Theſſalico. III: xi. 28: 39.

